



## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

Prima Pars Constitutionvm Congregationis Casinensis aliàs S. Iustinæ: pro  
directione Regiminis & Regularis obseruantia, eiusdem Congregationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)



PRIMA PARS  
CONSTITVTIONVM  
Congregationis Casinensis ali-  
às S. Iustinæ: pro directione Re-  
giminis & Regularis obseruan-  
tiæ, eiusdem Congregationis.

*In nomine Domini nostri IESV  
CHRISTI.*

*De Capitulo Generali celebrando, & eius  
tempore.*

CAPVT I.

**A**NTIQVORVM Patrum sectã-  
res vestigia, & auctoritate Apo-  
stolica muniti, vt vigor obser-  
uantix Regularis, fraterna que  
charitas, & diuturna ac constans  
inter nos perseveret in CHRISTI seruitute  
concordia: Ordinamus Capitulum nostrum  
Generale celebrari debere per Patres & Fra-  
tres Monasteriorum Congregationis nostræ.

a modo

modo quo in inferiorib. terminabitur: & singulis quidem annis: Dominica quarta est vigesima octava die post Resurrectione Domini nostri IESV CHRISTI.

2. Itaque ad Capitulum venire debent, liter se pręparent tempore opportuno: tura die esse possint in loco vbi Capitulum psum fuerit celebrandum.

*De debentibus venire ad Capitulum Generale*

CAP. II.

**Q**VONIAM vbi nimia multitudo est, plerunque solet esse confusio, & incultas veritatis habendæ: Idcirco Ordinatio quod infra scripti solum ad Capitulum Generale venire teneantur. Videlicet Pater Prior, & ceterique Visitatores (exceptis Sacerdotibus de quibus infra) quantumcunque à capite loco distent veniant, & omnes Pręlati. Vnde at præterea vnus idoneus Monachus electus nomine ipsius Conuentus, ex quolibet Monasterio. Hoc tamen attento, quod si conuentus sit in aliquo Monasterio pauciores esse quos sex Monachos Professos, non computato Pręlato, Monachus venire non præsumat.

2. Quod si supra scripta, aut alia quæ legitima causa contingat, nec Pręlatos, nec Conuentus Fratres Cõuentuales teneant: tunc ipsi Pręlati & Conuentus teneantur mittere literas, tam bonum Congregatio

tionis quam sui Monasterii concernentes, per vnum ex Fratribus aut alium fidelem Nuntium, de communi consensu Prælatorum & maioris partis Conuentuum electum: aut per Prælatum seu Conuentualem propinquioris Monasterii, si maluerint.

3. Liceat præterea Prælatis aut Capitulum, infirmitate seu alia causa ( quæ per Præsidentem cum vno Visitatore, vel per duos Visitatores illius Prouinciæ fuerit legitima iudicata) venire non valentibus, eo anno quo non venerint mittere vnum ex Monachis ipsorum nomine, cum literis tamen de hoc fidem facientibus.

4. Prælati Castriuillarum, Lerini, Caietæ, & Ragusii non nisi altero quoque anno veniant: nisi aliter à Diffinitoribus Capituli Generalis aut à Regimine fuerit ex aliqua rationabili causa statutum.

5. Prælati verò Siculi veniant saltem duo quotannis, ex quibus alter sit Visitator, si fieri potest: prout per Diffinitores anni præteriti deliberatum fuerit. Iphis autem Prælatis, qui ex causa legitima, vt supra, ad Capitulum non venerint, intelligi volumus omnem auctoritatem continuatam esse, & continuari in spiritualibus & temporalibus, quam prius habebant, locumque solitum tenere vsque ad dispositionem & institutionem Prælati nouiter instituendi.

6. Si verò vt præfertur, non habito iudicio Patris Præsidentis, & vnius Visitatoris,

vel duorum saltem Visitatorum : aut eorum infirmitatis legitimo impedimento cessante ad Capitulum non venerint : ipso facto qua omnes Prælatos absolui solitum est auctoritate, loco, Regimine & cura, quæ Prælati tenebant se priuatos nouerint pariter absolutos : & cura tam in spiritualibus quam in temporalibus ad Priorem, & in eius absence ad immediatè Superiorem deuoluatur.

7. Declaramus tamen Prælatos solummodo habentes, post absolutionem aliorum Prælatorum, tenere debere locum profectus suæ.

8. Et ut tempore Capituli Generalis, & quæ per Visitatores in suis Visitatoribus perta fuerint clarior veriorque habeatur informatio : Statuimus, & ordinamus, quod si quis Visitatorum aliquo impedimento legitimo interueniente, ad Capitulum non uenerit : per literas significare teneatur ea quæ grauia & digna relatu videbuntur, & ipse indicauerit expedire : super quibus oneratur eius conscientiam.

9. Ordinamus insuper, quod tam supradicti Prælati, quam quicumque alii Monachi, & Fratres Congregationis, quocumque officio fungantur, aut dignitate præmineant, quantumcumque à Capituli loco distent, si à Regione, seu à Visitatoribus requisiti fuerint, præfatum Generale Capitulum venire teneantur.

10. Præter supradictos autem, non præfati

Fratres nostri cuiuscunque gradus seu conditionis existant venire ad Capitulum Generale, seu ad loca circumuicina, nisi habita prius à Diffinitoribus licentia. Quod si contra fecerint, non audiantur à Diffinitoribus: & ieiunent ter in pane & aqua in Refectorio. Et si fuerint superiores, eò ipso saltem per integrum annum absq; alia declaratione intelligantur esse depositi.

ii. Ordinamus insuper quod nullus Prælatus secum ducat alium Monachum ab ipso Cõuentuali, quouis titulo, etiam Scribæ. Potest tamẽ Commissum, causa infirmitatis, ætatis, aut distantie secum ducere. Monachus alius, aut Cellerarius non possit venire, ex quauis causa. Quod si cõputa aut alia huiusmodi negotia pertractanda erunt, Prælati aut Conuẽtuales satisfaciant. Excluditur tamen à prædictis prohibitionibus Pater Præsident, qui secum ducere debet Cancellarium suum. Ipse autem teneatur sub pœna priuationis vocis actiue & passiuæ, quamprimum Prælati venerint ad Capitulum, omnes alios qui ad locum Capituli venissent: præter prædictos qui debent & possunt venire, ab eodem loco dimittere. Quod si pro aliquo casu necessario, Diffinitores aliquem admiserint audiendum, non permittant talem morari in Monasterio Capituli vltra diem vnum: sed eum audiant & dimittant. Quod etiam intelligimus de iis qui fortè ab ipsis vocati essent: sed ab hoc quantum fieri potest caueatur.

Quando & quomodo fieri debeat electio Conuentualis, ad Capitulum Generale dirigendi.

## CAPVT III.

**E**LECTIO Fratris Conuentualis mittenda ad Capitulum Generale, in quolibet Monasterio nostræ Congregationis celebretur per quatuor dies ad minus, & octo ad plus, te recessum suum. Qui quidem recessus computari debet habita consideratione distantie Monasterii, à loco Capituli.

2. Itaque eo die, quo fieri debet huiusmodi electio, Prælatus post Primam conuocet tres Professores in Capitulo, & legat eis in capitulo: exhorteturque eos, vt intersint omnes Missæ conuentuali, quæ Missa cantetur de Spiritu Sancto, nisi dies ille habuerit propriam Missam: quo casu fiat commemoratio de Spiritu Sancto, tam pro ipso Fratre eligendo, quam pro Capitulo Generale celebrando. Et vt omnia ritè & cum pace procedant, Prælatum huiusmodi electioni omnino volentem interesse.

3. Considerantes igitur, quod ab antiquis Patrum institutis non deuiat, qui aliqua in uio iudicio & suadete ratione in melius reformant: Priuilegiorum nostrorum, & Apostolicarum literarum, super hoc autoritate roborati, Statuimus, quod electio Conuentualis cum Prælato ad Capitulum Generale delegandi, deinceps infra scripto modo celebretur.

*Quādo & quomodo fr. debeat ele. 7*

4. A qua quidem electione exclusis omnibus, præter Sacerdotes, qui tempus promotionis, per Ordinationes nostras, & Tridentinam Synodum statutum, in Congregatione compleuerint, & acta ad Sacerdotium fuerint promoti, quos tantum huiusmodi electionis capaces esse decernimus.
5. Exclusis etiam è Sacerdotum & Diaconorum numero, quibus à Capitulo Generali concessa est facultas, vt eligi in Conuentuale non possint, tales enim nisi de licentia eiusdè Capituli ultra per quemlibet, etiam per Præsidentem admitti non poterunt. Exclusis quoque Prælatis Titularibus, qui cum censeantur in numero Prælatorum, inter Conuentuales non debent censeari.
6. Exclusis etiam, qui propter infirmitatem vel aliud legitimum impedimentum, se ante electionem excusauerint: & Prælatus cum consensu maioris partis suorum Deputatorum talem excusationem admittendam duxerit. Post electionem autem factam, nullius admittitur excusatio.
7. Exclusis quoque à loco suæ Professionis degradatis, vel publicam agentibus pœnitentiam: & iis quoque qui saltem per quatuor menses immediatè dictam electionem præcedentes in Monasterio non permanserint, vt rationem de omnibus verisimiliter reddere possint.
8. Excliso deniq; Priore quem Prælatus pro regimine & vtilitate Monasterii relinquet. In



Monasteriis autem in quibus Prælatus reman-  
ferint cum debita licentia, nec ad Capitulum  
acceserint, & in quo celebratur Capitulum  
Priores non excludantur: sed possint eligi  
conuentuales.

8. Possit etiam præter hunc ipse Prælatus  
stæ necessitatis vel utilitatis causa, de suo  
consilio Deputatorum: ac vnus saltem  
Præsidentis, vel Visitatoris licentia ( si tam  
Fratri nomen, & causam, quæ ad hoc  
impulerit, eidem vel Patri Præsidenti, vel  
Visitatori duxerint insinuandam ) alterum  
hilominus pari forma subtrahere.

10. Demum ad electionem procedatur, &  
iuxta formam, & modum infra scriptum  
debet. Prælatus verò interim imponat  
ex Fratribus, vt scribat in vna cedula omnia  
nomina Monachorum,

*Ballotta.*

11. Voces verò cuiuslibet Conuentus, id  
ballottæ dissimilis coloris, iuxta ordinem  
infra scriptum, ita taxantur. Vbicumque fuerint  
quatuor, aut tres Monachi eligibiles, sint  
voces. Deinceps verò, & supra cõputentur  
voces, non iuxta numerum Conuentus  
Fratum, qui huiusmodi electionis capax  
fuerint, si præsentibus extiterint: ita vt vbi  
que quatuor tales fuerint, vnã vocem  
habent, & octo duas, & duodecim tres, &  
succesiuè: ita vt pro singulo quaternario  
tantum cuiuslibet Conuentui vox accrescat  
tamen vt vbiunque fuerint septem eligi-  
biles duæ sint voces, & vndecim, tres, & sic  
inceps.

Post Nonam Prælati legant infra scripta, cum  
tribus sequentibus Capitulis.

**C**ONGREGATIS itaque post Nonam  
ex more Fratibus in Capitulo, Oratio-  
ne breui præmissa, & inuocato Dei nomine,  
assistentibus hinc inde Prælato duobus ex De-  
puratis Superiorem locum in Capitulo ha-  
bentibus, singulosque sacculos singulis tenen-  
tibus, sit penes Prælatum prædicta cedula, in  
qua omnium nomina Monachorum Con-  
gregatorum habeantur scripta de qua primò  
extrahantur omni assistente Conuentu cedu-  
læ continentes nomina Monachorum non  
Sacerdotum: quæ numeratæ, & plicatæ po-  
nantur in sacculo ad hoc parato, quem tene-  
bit Superior, qui à sinistris Prælati erit. In  
altero autem sacculo ponantur numeratæ  
coram omnibus totidem balottæ, quæ paris  
magnitudinis quidem, sed dissimilis coloris  
erunt.

2. His taliter compositis, vnus Fratrum Sa-  
cerdotum, quem Prælati cum præfatis duo-  
bus iuxta se sedentibus elegerit, an e ipsam  
gentem flexens, accipiat de sacculo cedulam v-  
nam plicatam, digitis eam coram omnibus  
altè tenendo, deinde accipiant de altero sac-  
culo balottam vnam, eam omnibus osten-  
dendo, & cuius coloris sit etiam explicando:  
& postea alta voce prænuntiet nomen in præ-  
fata cedula scriptum omnibus audientibus:

Cedulamque ipsam Prælatus, duoque Superiores prædicti omnino videant, & legitime sicque per singulos procedatur, donec balottæ duæ in colore dissimiles extractæ fuerint. Et illi duo Fratres quorû nomina, cum duabus balottis dissimilibus conuenerint, extrahant consequenter nomina Sacerdotû, pro Conuentuali eligendo, secundum ordinem quæ extractæ fuerint, primus videlicet cedulas, ter balottas extrahendo, modo quo in prædicto. In defectum verò huiusmodi clericorum qui deessent ad arbitrium prædictorum suppleatur.

3. Publicatis igitur primò sigillatim in capsulis de quibus supra, extrahantur de prædicta cedula nomina omnium Monachorum & Sacerdotum: quæ sigillatim, & publicè legantur, plicentur, & numerentur, ponantur in dicto sacculo, quem tenet Superior aliusque Frater, & deinde palam ponantur in altero sacculo totidem balottæ numeratæ eiusdem magnitudinis, & coloris, computatis diuersis coloribus, quæ pro numero Conuentus plures vel pauciores cuiuslibet Monasterio deputatæ fuerint.

4. His ita compositis, primus ille de electis Fratribus ante ipsum Prælatum genuflexus accipiat de sacculo coram omnibus cedulam vnâ plicatam altè tenendo, non tantum eam legat: Deinde alter similiter genuflexus, de altero sacculo accipiat balottam vnâ, eam omnibus ostendendo, & ceteris

coloris fuerit altè pronuntiando : & postea qui tenet cedula[m] extractam alta voce pronuntiet nomen in præfata cedula scriptum, cedula[m]que ipsam Prælatus cum illis duobus sibi assistentibus omnino videant, & legant : sicque per singulos procedatur, donec ballotæ omnes in colore dissimiles extractæ fuerint, & statim illi qui sic extracti fuerint sigillatim balotentur : & qui plures voces habuerit, ille, à Spiritu Sancto, & consequenter ab omnibus Fratibus in legitimum Conuentualem, & qui nomine Conuentus, ad Generale Capitulum veniat censeatur electus. A balotatione excluduntur, Prælatus, & alij qui

*Balotatio.*

vorum fauorabile habuerint, & priuati voce actiua & passiuæ. Cæteri omnes Professi suffragia conferant. Si pares fuerint iterum balotentur: quod si item pares fuerint, antiquior electus censeatur.

5. Ipsæ verò cedulæ, & ballotæ omnes, etiam post dictam electionem, statim per præfatos Patres ad cautelam, coram Conuentu denuo numerentur, vt si in debito numero & colore conueniunt cognosci valeat.

6. Electo autem Conuentuali, Ordinamus quod Prælatus literas, per vnum de Monachis suis electionis huiusmodi testimoniales, cum appositione sigilli sui Monasterij scribi faciat, sub hac forma videlicet.

7. Amantissimi Patres, post Filialem commendationem, &c. Mittimus ad charitates vestras dilectissimum Fratrem nostrum N. in

Con-

Conuentualem, secundum ordinationes  
 fratrū legitimè electum : cui plenam & in-  
 bitatam fidem in iis quæ Fratrum & Mon-  
 sterii nostri vtilitatem concernunt adhibe-  
 dignemini. Valet in CHRISTO. Ex Mon-  
 sterio S. N. die mensis, &c. & infra. Filii ve-  
 Conuentus S. N. A tergo. Seruis Domini  
 stri IESV CHRISTI Patribus congregati-  
 Capitulo Generali Monachorum congrega-  
 tionis Casinensis, alias S. Iustinæ de Padua,  
 Domino amantissimus.

8. Ordinamus insuper, quod ea die qua  
 iusmodi electio facta fuerit, Prælati legi  
 vel legi faciat ita quod omnes intelligat,  
 præsens Capitulum, Fratribus congregati-  
 Capitulo post Nonam : insuper, & tria Cap-  
 tula quæ subsequuntur.

*De iis, qui faciunt practicas in electione Dissi-  
 torum, ex Bulla Leonis X.*

C A P. III.

**D**ECERNENTES præmissa omnia & sin-  
 gula debere ab omnibus modernis  
 pro tempore existētibus, Præsentibus, Dis-  
 finitoribus, Visitatoribus, Abbatibus, & aliis  
 dictæ Congregationis Monachis, Communi-  
 sis, & personis quibuscunque inuiolabiliter  
 obseruari, & eos qui scienter in aliquo con-  
 traauerint, aut alios contrauenire malitiose

procu.

procurauerint, excommunicationis latae sententiae ( à qua nisi à Patre Praesidente Regimini, p̄terquā in mortis articulo constituti absolui nequeāt ) & inhabilitatis ad vocem activam, & passiuam in dicto Capitulo Generali, & ad dignitates, gradus, & administrationes in dicta Congregatione, p̄enam quinquennio duraturam incurrere ipso facto. Eisdem quoque p̄enis & censuris eos qui circa Diffinitorum electionem per se vel per alios, directè vel indirectè, quocunque tempore practicas fecerint, seu ab aliis practicati, vel aliter conscij, aut quomodolibet talium practicarum notitiam habentes, & ante non reuelantes ligari & inuolui: nec non irritum & inane quicquid secus super his à quocūq; quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

2. Ad serenandas verò Abbatum, & Monachorum nostrorum conscientias, & omnem ab eis prorsus ambiguitatis scrupulum remouendum: Declarauit Sanctissimus Dominus noster Gregorius PP. XIII. quod ob sermones qui infimul, nō ambitus, vel alterius improbae, sed bonae intentionis causa, de idoneitate, vel insufficientia, ad Diffinitorii officium eligendorum habiti fuerint, seu quos in futurum haberi contingeret, supradictas aliquas uel alias sententias, censuras, & p̄enas non incurrerint, aut incurrant.

De iis qua pertinent ad Officium Con-  
uentualium. CAP. V.

**O**R DINAMVS quod Conuentuales  
neant secretissima ea quæ sibi tradita  
in scriptis, solis Diffinitoribus portanda  
verbo referenda: ac etiam ea ex quorum  
latione notabile oriretur scandalum, aut  
similiter posset oriri.

2. Fratres quoque, qui talia scribunt, aut  
balciatas huiusmodi imponunt, nemini  
lent aut nominent, nisi ipsis Diffinitoribus.  
Quod si contrafecerint, eligi non possunt  
que ad triennium.

3. Insuper omnia quæ verbo eis fuerint  
fita redigant in quadam cedula, prout  
statutum est in capitulo decimoquinto.  
lectione Scribæ, scribendo nomen Fratris  
nil addendo & nihil minuendo, vt ea possit  
fideliter referre Diffinitoribus. Verbi gratia  
D. Talis dicit sic, allegando causas sibi expo-  
sas à Fratре in specie: & pro breviori & certiori  
ri informatione Diffinitorum, colligant  
num singulas materias. Verbi gratia: si agerent  
gum de Prælatо aut Priore aut Cellerario  
cludant talem materiam, inducendo  
singulorum & causas, antequam ad aliam  
materiam diuertant: ita quod non sit necesse  
eadem sæpius repetere. Quam cedulam  
penes Scribam Capituli dimittant, vt in  
tatione Monasterium possit haberi plene  
&

*De qua ijs pertinent ad Offi. 15*

& verior informatio de relatis capitulo.

4. Quod si ipsi Conuentuales aliquid ex se ipsis dicere voluerint, eadem scribant in eodē suo memoriali, in quo cæterorum Fratrum vota conscripta sunt: vt si opus fuerit possint Diffinitores de omnibus diligenter inquirere & cognoscere.

5. Aliquid præterea ipsi Conuentuales non accipiant in commissis à Fratribus, nisi ea quæ acciderint post visitationem sui Monasterii: nisi ex urgentissima causa ad hoc cogentur, quam narrare volentes explicabūt, simul declarantes, cur eadem Visitoribus non fuerint dicta.

6. Curent etiam, vt Prælatus portet taxam sibi congruentem ad Capitulum. Portent insuper & literas de eorum electione fidem facientes, Capitulo Generali portandas.

*De modo scribendi Capitulo Generali.*

C A P. VI.

**O**R DINAMVS, quod si quis Fratrum nostrorum, voluerit aliqua intimare Capitulo Generali, scribat ipse, & nō alius pro eo. Si verò nescit, Connētualis ab eo rogatus, vel alius Monachus de licētia sui Prælati. Qui ne teneant diu Diffinitores in pluribus occupatos, clarè breuiter & succinctè scribant, cū subscriptione sui nominis, exponēdo causam

vel



vel causas dicti vel petitionis suæ. Alioquin si præfatæ literæ carebunt subscriptione nominis sui, à Diffinitoribus non adhibeatur effectus. Quod si vlllo vnquam tempore in loca venerint authores talium literarum, ad Petitionem sine subscriptione missarum, carceri mancipentur.

2. Et si qui conuentuali suo aliquid Diffinitoribus referendum imponunt, aut ad se, ad Monasterium pertinens: nihil de cetero eidem Diffinitoribus scribant, vel si scribere maluerint, eidem Conuentuali dicendum nihil imponant.

3. Caueant autem Fratres, ne de iis quæ de visitationem Monasterii acciderint aliquid Capitulo scribant, nisi vrgens causa subiciatur. Quod si aliqui, quæ Visitatoribus exponere debuerant, qui præsentibus omnia cognoscere & opportunè providere potuissent, ea ad Capitulum deferre voluerint, grauitè pro modo culpa puniantur.

4. Sed nec Frater Fratrem sollicitet, aut iubeat praticam vt scribat, aut ambascatorem mittat.

5. Nullusque Frater etiam, si sit de numero Deputatorum, alterius litteris subscribat, nisi suis subscribi faciat, quouis quæsito colore præterquam si aliqua de causa bonum Monasterii concernente, Superiores omnes ad vitandam multipliciter literarum, de communi consensu aliquid insinuandum Patribus iudicauerint. Et qui contrafecerit, tunc

in hoc casu, quam immediatè precedenti, ter  
in pane & aqua in terra in Refectorio ieiu-  
net.

6. Ultimò Ordinamus, ne volentes scribere  
Capitulo inordinatis passionibus seducan-  
tur, nec quadam animi facilitate scribant: Sed  
Deum præ oculis habètes, ea quæ fuerint ne-  
cessaria & vtilia suggerant Patribus cum o-  
mni honestate & grauitate.

7. Quod si quid fuerit scriptum in præiudi-  
cium alicuius tertix personæ, reseruentur il-  
læ literæ Visitatoribus dandæ: qui diligenter  
tempore visitationum de contentis in illis in-  
quirent, & qui illas scripserint stent ad pœ-  
nam talionis: & si fuerint in dignitate consti-  
tuti insuper deponantur, si quidem falsa scri-  
pisse facint conuicti.

8. Ut autem pax & benevolentia erga Præ-  
latos & Fratres nostros conseruetur: Admo-  
nemus Prælatos, ne tempore Capituli vel vi-  
sitationum quærant quouis modo, quis cõ-  
tra eos scripserit, vel ipsos accusauerit. Et si-  
militer cum ad Monasteria sua peruenierint,  
hortentur socios & Fratres vt caueant etiam  
ipsi: nec quærant aliquo modo quis vel scri-  
pserit vel ambasciatam miserit, sed potius  
dissimulent se nescire, nec mo-  
lestè ferre.

Qua per Praelatos ad Capitulum venientes  
deferenda. CAP. VII.

**O**R D I N A M V S quod Praelati noster  
Congregationis, aut qui ab eis eorum  
nomine missi fuerint deferant secum verba  
res infra scripta. Imprimis nomina Fratrum  
qui anno illo Professionem emisissent, ac  
em quo Professi fuerint, nec non eorum  
in Domino quieuerint, aut eiectioni, aut quocumque  
modo diminuti fuerint.

2. Portent etiam in scriptis nomina omnium  
um Fratrum Conuentus sui, ac locum, annum  
& diem, vbi & quo Professi sunt, secundum  
tamen gradus & ordines quos in Monasterio  
is suis tenent.

3. Portent etiam annuos redditus, & expensas  
suorum Monasteriorum, ac computum debitum  
bitorum, & creditorum in breui summa.

4. Ad Officium etiam Praelatorum spectat  
petere licentias eorum qui promouendi sunt  
tam ad ordines sacros quam ad gradum  
prioritatis, ac etiam literas gratiosas pro  
nefactoribus Monasterii sui: quae non excedant  
numerum trium.

5. Et quia Parentibus Fratribus ac Sororibus  
Fratrum Congregationis nostrae per Praelatos  
dictae literae gratiosae concessae sunt, amodo  
pro eis non requirantur.

6. Item balnea pro Infirmis Fratribus, amen-  
servatis servandis, prout in Declaratorio Re-  
gulæ, capitulo trigesimo sexto: De Infirmis  
Fratribus.

7. Deferant præterea vltra expensas itineris  
necessaria pro ipsis, & eorum Conuentuali-  
bus, tam in eundo, quam redeundo, taxam  
vnam iuxta assignationem suo Monasterio  
traditam, & eò amplius, prout per Capitulū  
præcedens fuerit ordinatum: nisi in tanta,  
aut maiori summa fuerint Congregationis  
liquidi creditores. Quod si facere neglexe-  
rint, sciant se in Capitulo Generali voce acti-  
ua & passiva priuatos.

8. Vt autem pecunia, quæ pro Annatis Mo-  
nasteriorum in Curia Romana soluenda est,  
paulatim præparetur, & non cum nimio Mo-  
nasteriorum dispendio: Ordinamus, quod  
Prelati Monasteriorum Annatam soluentiū  
deferre debeant, se a transmittere annuatim  
ad Capitulum ratam pecuniæ Quindennio-  
ram quæ eis contingit: de quibus aduertet  
Depositarius, habito respectu ad annorum  
numerum, post quos annata ipsa soluenda  
erit.

9. Quæ pecunia reponatur in loco per D. f.  
finitores deputato: ita & aliter, quod quando  
præfata Annata solui debet, reperiatu pec-  
unia ipsa totaliter præparata.

10. Si verò Prelati, ac Cellerarii Præfatorū Mo-

*In priori  
editione an-  
ni 1520. ad-  
ditur Com-  
putatis mi-  
nutis serui-  
tibus.*

nafteriorum hoc adimplere neglexerint: Prælati tamen ad Capitulum venerint: Prælati teneantur voce actiua, & passiuâ, quoad electionem Diffinitorum. Sin autem, tandem ieiunium semel in hebdomada in pane solum & aqua ( si quidē per ipsos steterit, quod dicta pœnia non fuerit transmissa ) quamdiu ommissa ratam pecuniæ, ubi supra deposuerint effectum. Cellerarii verò semel in hebdomada comedant in terra in pane & aqua in Refectorio, tamdiu quamdiu distulerint faciendam solutionem, si ipsi in culpa fuerint.

11. Curent etiam Prælati, ad Capitulum deferre residuum Taxarum, si quid superbit respectu anni præeriti soluendum. Quod à Capitulo Generali impositis, duos soluentis terminos præfigimus, alterum in Calendis Octobris, alterum in Calendis Ianuarii. Quod si legitimo existente impedimento hoc non poterunt, deferant saltem ad Capitulum id totum quod debent, vt dictum est, secus obseruent pœnam supra taxatam, & super teneantur ad quodlibet interesse emergens, pro rata debiti quod habet Monasterium cum Congregatione.

12. Conuentualis autem, qui solus sine Prælato venerit ad Capitulum, si culpa sua incidit, semel comedat in terra in Refectorio in pane & aqua tempore Capituli, die sequenti per Diffinitores.

13. Si quis tamen Patrum nostræ Congregationis, totam integram taxam vel partem

quæ tempore Capituli per Patres Diffinitores intra annum soluenda mandatur, pro bono vniuersali Congregationis & vtilitate exposuerit tempore visitationis: huiusmodi pecuniæ sic expositæ sibi in dicta taxa computentur, vel tempore saltem Capituli Generalis, si expectare voluerit admittantur.

14. Ordinamus etiam, vt tempore, quo Generale Capitulum celebratur, fiat per omnes Conuentus pro dicto Capitulo publica, vniuersalis & consueta Oratio: vt Deus omnipotens Capitulum celebrare debentium corda & actus dirigere dignetur in beneplacito suo.

DE FORMA CAPITVLI GENERALIS: & primò quibus personis constat.

*Hoc Capitulum legit Pater Præsidentis Sabbato ante quartã Dominicam post Pascha, dicta Nona, coram omnibus de Capituli.*

CAP. VIII.

**D**ECLARAMVS pariter & Ordinamus Præsidentem Regiminis, Visitatores, ac Prælatos habentes titulum & administrationem, vel principalem administrationem tantum Monasteriorum nostræ Congregationis: Nec non Conuētuales totum Generale Ca-

capitulum facere: quos intelligimus repræsentare totam Congregationem ipso durate Capitulo. Volentes quod omnes Prælati vocentur in Capitulo (si tamen præsentibus extiterint) habeant: absentes autem à Capitulo, nullam vocem habere possint. Conuenticiales vero habeant vocem actiuam tantum in electione D. finitorum, si præsentibus extiterint.

2. Quod si aliqua ex causa contingeret, dari titulum, & alii administrationem: vocentur in Capitulo Administrator, & non Titularis habetur.
3. Sabbato igitur, ante quartam Dominicam post Pascha, fiat in Missa commemoratio Spiritu Sancto: ac deinde post Nonam, conuocatis omnibus de Capitulo in loco ad deputato, præmissa prius mentali Oratione Præsidens Regiminis dicat versus. Saluos seruos tuos. Respon: Deus meus sperantes te. Vers. Esto nobis Domine turris fortitudinis. Respon: A facie inimici. Vers: Ne proficiat inimicus in nobis. Respon: Et Dominus iniquitatis non apponat nocere nobis. Vers: Domine non secundum peccata nostra iustitiam tuam facias nobis. Respon: Neque secundum iniquitatem nostram retribuas nobis. Vers: Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. Respon: Et de Syon tuere nos. Vers: Domine exaudi orationem meam. Respon: Et clamor meus ad te veniat. Vers: Dominus Vobiscum. Respon: Et cum Spiritu tuo

Oremus

Oremus. Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni & adiuuando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur.

Famulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filii tui intercessione saluemur.

Intercessio nos quæsumus Domine Beati Patris nostri Benedicti Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

4. Fratres verò Conuentuales ex tunc & deinceps in loco tantum Capituli teneant locum professionum suarum: nisi electus in Conuentualem fuerit ex Senioribus ipsius Monasterii, ubi Capitulum celebratur, quia locum solitum tenebit, præterquam in actibus Capitularibus.

5. Facta vero per Præsidentem monitione, Fratres Conuentuales per literas aut per sufficientia testimonia, suarum electionum fidem faciant. Approbata autem vel reprobata eorum electione, Pater Præsidens & Visitatores vocent coram omnibus singulos in catalogo descriptos à Quæstore: & ipse Quæstor fidem scripto faciat de omnibus qui integrè latifecerint, aut non. Et qui non portauerint portionem Annatæ Quindenniorum, veniant de præsentibus, & exponant causam quare non portauerint: Nec prius per iudicium condemnentur quam audiantur tam



ipsi, quam quinque alii: quorum forte  
 aut existimatio per diffamatorias literas  
 voces violata esset, aut apud Patres aut apud  
 alios. Aliquando enim euenire solet, quod  
 Monasteria quædã in ob infortunium aut  
 calamitatem aliquam, aut etiam ob culpam  
 eorum qui precedentibus annis redditus ce-  
 runt, vix suis redditibus alere possunt. Mon-  
 achos ibi degentes, nedum taxas, aut alia  
 amina imposta exsoluere: & horum om-  
 nium culpam falsò multoties ascribitur iis  
 tunc temporis cum hæc cognoscuntur  
 sunt. Ad rei igitur veritatem innotescenda  
 debent hi qui sic suspecti aut diffamati sunt  
 Præsidi & Visitationibus diligenter exami-  
 nari: vt iis omnibus prouideri tempore suo po-  
 sit: & similiter qui non portauerint portiones  
 Annatæ Quindenniorum, de causa talis  
 factis requiri. Qui per Præsidentem con-  
 demnatis declarata iudicet ipse cum Visitationibus  
 an sit legitima vel ne. Quod si legitimum  
 non iudicauerint: Prælati siquidem ad Cap-  
 tulum non venerint tam diu ieiunent scilicet  
 hebdomada, in pane solùm & aqua, quod  
 diu omissam ratam pecuniæ, vbi supra de-  
 fuerint cū effectu. Cellerarii verò si pro  
 culpa hoc euenierit, poeniteant vt supra dicitur  
 est. Quod si Conuentuales transgressores  
 fuerint, in terra semel in Refectorio com-  
 dat die quo statuerint Diffinitores, vt supra  
 dictum est, & careant voce: nec cum eis  
 dispensari possit, nisi ex nouem octo accesserint  
 Diffinitorum consensus.

D  
 6.  
 & V  
 ficta  
 rint.  
 Reli  
 sint.  
 7. C  
 audi  
 tum  
 breu  
 pella  
 8. D  
 quæ  
 mini  
 cci:  
 gere  
 pitu  
 tual  
 scrip  
 nem  
 O  
 nito  
 dum  
 tato  
 quar  
 secre

*De Electione Scrutatorum, &c. 25*

6. Et præscripta omnia ipse Pater Præsides, & Visitatores obseruent omnino & obseruari faciant: carituri ipsi voce actiua, si secus fecerint, vt Diffinitoribus subsequenter status Religionis fiat manifestus, & prouidere possint.

7. Consequenter Pater Præsides publicè audientibus omnibus legat capitulum quartum: De iis qui faciunt practicas, legat etiam breue Apostolocum Gregorii XIII. cōtra appellantes.

8. Deinde moneat omnes vt intersint Missæ, quæ die sequenti solè niter cantabitur de Dominica, cum commemoratione Spiritus Sancti: vt Dominus illuminare dignetur & dirigere in suo beneplacito corda Fratrum Capitulum celebrare debentium. Et Conuentalibus recedentibus Præsides legat infra scriptum Capitulum: quo lecto ad electionem Scrutatorum per Prælatos procedatur.

*De Electione Scrutatorum.*

CAP. IX.

**O**R DINAMVS primò, ne quis alicui ex Prælati ad quos electio spectat Diffinitorum, Consanguinitate vsque ad secundum gradum inclusiue coniunctus, in Scrutatore eligatur. Singuli igitur Visitatores, quatuor qui non sint de Capitulo nominent secretè in aurem Patris Præsidentis: ipse etiã

b 5 Pater

Pater Præfidentis quatuor nominare possit quos quidem ille in cedula conscribat, & postmodum nominet. Qui nominati balotentur ab omnibus Prælati: & illi quatuor qui plures balottas albas habuerint sine Scrutatores electi, in omnibus actibus capitulibus, durante ipso Capitulo. Et si fuerint aliqui pares in vocibus, præferantur qui locum superiorem in Monasterio tenuerint. Laude mus tamen pro pace & unitate seruanda, unus tantum & non plures in eodem Monasterio Professi Scrutatores eligantur.

2. Qui Scrutatores teneant secretissima que tenenda venerint. Contrafacientes vero, si transgressio fuerit manifesta, graduati teneant locum Professionis suæ in Monasterio saltem per duos menses. Si vero non fuerint graduati, fient degradati in Monasterio per omnes Professos, similiter per duos menses, & insuper eò ipso sint priuati dicto Scrutatorum officio, ad quod deinceps in perpetuum sint inhabiles.

3. Si vero culpa fuerit latens, ter in pane & aqua ieiunent: nec aliter dispensari possint.

4. Hoc autem Capitulum legat Præfidentis ipsis Scrutatoribus die sequenti, coram omnibus de Capitulo, antequam ad electionem Diffinitorum procedatur.

DE ABSOLVTIONE PRAE-  
sidentis, & aliorum Prælatorum, ab  
eorum Regimine.

*Hoc Capitulum legit Pater Præsident Dominica  
quarta post Pascha, dicta Nona, coram  
omnibus de Capitulo.*

CAP. X.

**D**OMINICA igitur quarta post Pascha,  
solenniter cantata à Patre Præsidente  
Missa de Dominica, cum commemoratione  
de Spiritu Sancto, vt supra dictum est: post  
Nonam pulsata Campana, & omnibus qui  
sunt de Capitulo in loco ad id deputato Cõ-  
gregatis genibus flexis, præmissa mentali ora-  
tione, Præsident Regiminis omnes de Capi-  
tulo, huiusmodi alloquitur sermonibus.

2. Patres, & Fratres dilectissimi, quia secun-  
dum antiquam, & laudabilem consuetudinẽ  
nostram, tempore Capituli Generalis vacare  
debent omnia Beneficia, Dignitates, Præla-  
tiones, & officia Generalis Regiminis: id cir-  
cò ego D. N. humilis Præsident Congregati-  
onis Monachorum de obseruantia Casinensi,  
aliàs S. Iustinæ, vice, & nomine totius Capitu-  
li Generalis, Apostolica ac etiam Constituti-  
onum nostrarũ auctoritate, absoluo omnes  
& singulos Visitatores, Abbates, Priores,  
Administratores, & omnes habentes tam ti-  
tulum quam principale regimen Monaste-  
riorum nostrorum, ab eorum officiis, cura,

admi-

administratione, titulo, & regimine, & absolutos pronuntio.

3. Si verò Præsidens non inter fuerit Capitulum: antiquior Visitator, qui illic aderit omnibus supradicta, nomine & vice Præsidentis pronuntiet. Qua absolute facta, ceteri omnibus discooperto capite surgant, eidem absolute pronuntiationi reuerenter annuētes: locaque suæ Professionis illic perant.

4. Subsequente Præsidentis dicat. Et ego N. denuntio me absolutum, iuxta tenorem Privilegiorum & Constitutionum Congregationis nostræ, ab Officio Præsidentie & Visitationis, nec non à Titulo, Regimine, & administratione Monasterii S. N. Placeat itaque Paternitatibus vestris die statuta promittere de magis idoneo.

5. Post hæc prostratus coram omnibus decessibus & negligentis suis se accuset: & iudicat se Capituli correcti, veniam & Commutationem pro se à Fratribus postulans. Et facto signo ab antiquiore Capituli surgat, & restitatur ad locum suæ Professionis.

6. Similiter omnes alii faciant, qui in illo Monasterio Visitatores fuerint, aut Monasterio principale regimen habuerint, vnusquisque secundum ordinem suum, incipiendo à antiquiore. Et facto signo ab antiquiore surgant ad suæ Professionis loca redeant. Quibus actis, ad electionem Diffinitorum procedatur.

De electione Præsidentis Capituli, Diffinitorum, &  
Conseruatorum.

CAP. XI.

**Q**VONIAM plura in Capitulo Generali tractanda occurrunt, quæ si per omnes de Capitulo fierent, tædium plerumque expeditionis difficultas pareret. Idcirco, vt diffinitorum facilius eliciatur conclusio: Ordinamus iuxta tenorem Priuilegiorum nostrorum nouem Diffinitores eligi debere ex Prælati qui sunt de Capitulo: quorum vnus eligatur Præsidentis Capituli, iuxta formam Breuis Apostolici Gregorii XIII.

2. Admonemus autem, vt vnusquisque Deum in hac electione ante oculos suæ mentis habeat: & quos iudicio suæ conscientiæ prouniuersali Congregationis bono iudicauerint utiliores, hos eligant.

3. Ordinamus etiam quemlibet absentem à Capitulo, neque per substitutum, neque per epistolas, neque per nuntium vocem in Capituli actibus habere posse.

4. Primò igitur secundum tenorem Breuis Apostolici Gregorii XIII. excipiantur omnes illi Prælati qui in duobus immediatè præcedentibus Capitulis Diffinitoribus fuerint, cū per biennium vacatur sint. Secundò excipiantur illi, qui proximo illo superiori anno Visitatores fuerint. Aduertatur præterea, vnum tantum & non plures in eodem Monasterio Professos, simul in eodem Capitulo Diffini-

tores

tores eligi posse. Ita quod nouem Diffinitores, singuli professi, de singulis Monasteriis eligantur.

5. Modus autem prædictæ electionis factus erit, qui in alio breui eius Gregorii XI. dato d. e. decimo Aprilis M. D. Lxxv. expressus est.

6. Nomina videlicet omnium, qui in Diffinitores eligi poterunt, in sacculum, aut urnam iniiciantur: & deinde super eorum singula prout ex sacculo aut urna educetur fiat Scrutinium suffragiis singulorum, quæ quidem per fabas, aut balottas colore dissimiles, scilicet in pixidem iniectas, sunt ferenda. Facto autem Scrutinio, illi intelligantur electi, qui maiori suffragiorum numero supra dimidiam iuuabuntur. Quod si in primo Scrutinio, non reperientur nouem sortiti suffragia, supra dimidiam partem: fiat secundum Scrutinium. In quo si idem euenerit, fiat & tertium. Si uero nec in eo fuerit nouenarius numerus completus: tunc consideratis à Scrutatoribus omnibus Scrutiniis, illi intelligantur electi, qui in aliquo eorum plura habuerint suffragia, etiam infra dimidiam. Rursus de ipsis nouem sic electis, fiat Scrutinium pro eligendo Præsidente Capituli. Et illi præsideat, in quo plura suffragia, etiam infra dimidiam eorum fuerint. Quod si in electione tam Diffinitores quam Præsidentis, duo vel plures fuerint æquali numero suffragiorum pares, antiquiores Professione præferantur. Iuxta præscriptam signaturam

formam

formam fiant prædictæ electiones, & non aliter, nec alio modo. Electis verò, & renuntiatis Diffinitoribus, & Præsidente Capituli, rursus nomina omnium Prælatorum non Diffinitorum, (iis exemptis, qui superiore capitulo, Diffinitores, & Conseruatores, & illo anno Visitatores fuerint,) in sacculum, seu vinam iniiciantur, pro eligendis Conseruatoribus, iuxta præscriptum Apostolicum, eiusdem Gregorii XIII. & fiat Scrutinium, prout supradictum est, in electione Diffinitorum, & illi tres in quos plura suffragia cõuenerint, etiam infra dimidiam, intelligantur electi Conseruatores: & locum habebunt immediate, post Diffinitores.

*De Diffinitorum autoritate, ac potestate, & de literarum, & pecuniarum presentatione.*

CAP. XII.

**P**RONVTIATA, itaque seu publicata per Superiorem ex Scrutatoribus, electione Patris Præsidentis, Diffinitorum, & conseruatorum, statim Pater Præsidens legat sequens Capitulum coram omnibus.  
2. Quoniam ad Officium Diffinitorum pertinet cuncta in capitulo occurrentia, atque de Congregatione disponere: Ordinamus, quod Diffinitores tempore Capituli Generalis omnem repræsentent Congregationem, ipsisque electis intelligatur omnis à

Capi



Capitulo tributa potestas. Idcirco omnia  
 fuerint per ipsos in Capitulo definita, et  
 Privilegiorum nostrorum tenorem, inuicem  
 biliter obseruentur ab omnibus Prælati  
 Fratibus nostræ Congregationis, cuiuslibet  
 que gradus seu conditionis existant.

3. Præfident, etiam Capituli durante offi-  
 suo, omnia signa præminentie, tam ge-  
 ralia quam particularia faciat, & locum  
 periorum teneat. Cæteri que Diffinitores  
 sentente Præfident, etiam omnia signa faciant  
 vt supra, & loca superiora teneant, sibi  
 cem deferendo secundum Professiones

4. Electis itaque Præfidente & Diffinito-  
 ribus, Ordinamus quod subsequenter ipsi  
 fidenti literæ omnes, bonum Congregationis  
 utile concernentes, quæ fuerint præsentibus  
 porrigant.

5. Omnes præterea, tam Prælati, quam  
 uentuales marsupia cum pecuniis ad Mon-  
 steria tantum pertinentibus, quas ipsi  
 seu aliorum nomine detulerint, nec  
 & literas cambii, si quas habent, sine  
 fraude, apud Depositarium Capituli no-  
 mandum deponant. Ipse verò Deposita-  
 rigillo eas muniens in aliqua capsula, sub  
 dia tradat. De quibus si aliter Præfident  
 sponere voluerit, possit, seruata iustitia  
 quorum sunt. Pecunias tamen si quas  
 se, aut alio quouis loco aliqui habuerint  
 Monasteria non pertinentes, in signum  
 ratis & reuerentiæ Patri Præfidenti man-

6. Demum ipsi Diffinitores, aliorum Fratrum Orationibus se commendantes, eos in pace dimittant. Ante tamen quam recesserint, fiant per Patrem Præsidentem infra scriptæ Admonitiones.

*Admonitiones faciendæ per Patrem Præsidentem  
omnibus de Capitulo in principio  
Capituli Generalis.*

1. **V**T Capitulum citius possit expediri, Cō-  
uētuales sumant sua memorialia in bre-  
ui summa reducendo, maximè dicta multo-  
rum idem dicentium in vnum capitulum, al-  
legando causas singulorum: vt supradictum  
est latius, in capitulo quinto: De his quæ per-  
tinent ad Officium Conuentualium.

2. Prælati & Conuentuales sint breues & ex-  
pediti, nec eadem sæpius repetant: sed caue-  
ant superflua, & ad propositum non perti-  
nentia.

3. Solliciti sint circa disciplinam & regula-  
rem obseruantiam, & præcipuè ad Diuina  
Officia die ac nocte: attento quod Fratres  
Monasterii sunt in variis exercitiis occupati.

4. Vadant etiam ad exercitia communia, ma-  
ximè ad faciendum panem. Ad collationem  
serotinam, cito vadant, cum omni grauitate,  
& silentio. Ad Tonstrinam etiam accedant,  
& stent cum silentio: ne tonsores inde scan-  
lizentur.

5. Vacent silentio, ex præcipue post Completorium, & tempore dormitionis meretricianæ, maximè cum Fratribus Monasterii, fugiendo nugæ omnibus horis, ne eos scandalizent.
6. Caueant omnino ne prædictos Fratres Monasterii subleuent per se vel per alios, querant mutationem: nec eis aliquid permittant, vel donent, sicut sæpe factum est ad damnum animarum, & contra Regulam & Ordinationes nostras.
7. Obseruent etiam, ne quæ foris videntur vel audierint, vel quæcunque curiosa vel scandalosa Congregationis referant ipsis Fratribus, maximè iuuenibus: quia, vt dicit Sanctissimus Pater Benedictus, inde plurimum animarum destructio prouenire solet.
8. Confiteantur inuicem omnes Prælati Conuentuales, qui ad Confessiones Fratrum audiendas in suis Monasteriis deputati erant, & similiter cum deputatis Monasterii vbi Capitulum celebratur. Laudabilius tamen est quod quilibet cum Prælato suo confiteatur, & e conuerso. Alii verò Conuentuales cum prædictis etiam ipsi confiteri possint: sed si olim Prælato suo confiteantur magis laudamus. Reliqui verò Fratres qui non sunt in Capitulo, sed socii Prælatorum, cum e Prælati suis vel de eorum licentia & quibus illis commiserint confitebuntur.
9. Caueant, super omnia colloquutiones & detractiones de Patribus, & Fratribus, &

cipuè de Prælatiſ olim ſuis : ſed tantum dicat  
quæ dicenda ſunt Patribus Diffinitoribus &  
concluſiuè. Nemo cuique paſſiones ſuas de-  
monſtret, niſi prædictis Diffinitoribus: & hæc  
admonitionem obſeruent diligenter, quia  
inde multa ſcandala oriri ſolent.

10. Nullus exeat Monafterium, etiam cauſa  
recreationis, vel peſteſter vel equeſter, ſine li-  
centia Patris Præſidentis tantum: & caueant  
ire ad hoſpitiũ niſi vrgenti cauſa, nec ibi co-  
medant bibantque ſine licentia.

11. Adhortentur qui fuerint Prælati Mona-  
chos, & Commiſſos, vt ſeruiant Miſſis, & ad-  
iuuent in exercitiis Fratres Monafterii. Ad-  
moneant, etiam Famulos ſuos, vt velint eſſe  
diſcreti & morigerati, & quieti, & caueant  
contentiones: quia inde ſapè ſcandala ori-  
untur. Cellerarii verò eis prouideant de ne-  
ceſſariis.

12. Item moneant omnes, quod Sixtus quar-  
tus conceſſit gratiam Stationum omni die  
durante Capitulo, omnibus Fratribus noſtrę  
Congregationis Viſitantibus altaria, & faci-  
entibus prout in aliis diebus Stationum fieri  
conſuevit.

13. Vltimo, vt rogent continuè & affiduè  
Deum pro Capitulo, vt Deus illuminet corda  
Patrum, iuxta beneplacitum ſuum: & præ-  
cipuè Sacerdotes in Miſſis faciãt commemo-  
rationem de Spiritu Sancto, & in Conuentu  
fiat Oratio ordinaria tempore Capituli.

*Quod nullus Diffinitorum procaciter defendat  
sententiam suam, aut reuelet secreta  
Capituli.*

## CAPVT XIII.

**S**ANE, vt omnia cum Dei timore praestentur, & ad laudem ipsius cedant patrii & honorem, strictius prohibemus. ne alii Diffinitorum procaciter tueatur suum iudicium, examinando occurrentes causas, aliter super his conferendo, praetendens suam re suam intentionem: sed si quid forte contulerit, sua dictante conscientia, vt clarior veritas elucescat. praesentia Praesidentis sententia, cum omni humilitate conferat & destitua. Et postquam suum emiserit votum, aliorum iudicio se submittat: qui si contulerit, & correctus se non emendauerit, excludatur extra Diffinitorium.

2. Nullus insuper tam ipsorum Diffinitorum quam etiam aliorum, quacunque ex causa Diffinitoribus aduocatus, ea quae tractantur in Capitulo, siue quae ibi audierit, reuelare debeat, donec fuerit Caputulum absolutum, etiam ad longum tempus si rei materia persciscerit: & hoc etiam intelligendum est de actibus intra annum celebrandis.

3. Quod si a quoquam contrafactum fuerit, quod scandalum oriatur, aut verisimiliter riri possit: quod arbitrio maioris partis Diffinitorum, si tempore Diffinitorii talis rem...

publicata fuerit, sin autem arbitrio Regiminis declaretur: siquidem Diffinitor primò sequenti anno quo fuerit habilis ad officium Diffinitorii, non possit eligi in Diffinitorem. Et præter hoc si durante Capitulo de tali reuelatione constiterit, expellatur de Diffinitorio: cum Diffinitorum tamen arbitrio, si maiori parti eorum videbitur, reuocandus. Si uerò is qui reuelauerit Diffinitor non fuerit, comedat semel in terra in Refectorio tempore Capituli, die quo statuerint Diffinitores, pro qualitate trāsgressionis, arbitrio Patrum Diffinitorum, seu Regiminis, si intra annum de tali reuelatione constiterit, puniendus.

*De Officio Conseruatorum.*

C A P. XIV.

**C**ONSERVATORES hoc titulo præcipuè insigniti sunt, quod Regulam & Constitutiones Congregationis à negligentia & dissimulatione eorum vindicare debeant, quibus in maxima potestate constitutis illarū custodia & executio commissa est. Cum primum Magistratum inierint, diligenter perpendant Diffinitorum Capituli, præcedentis, & Præsidis, ac Visitatorum anni mox præteriti acta omnia, id est Decreta pro singulis Monasteriis priuatiu edita, Fratrum promotiones ad dignitates & officia, iniunctas pœnitentias, collatas absolutiones Prælatorum, ac Fratrum facultates, seu licentias cōcessas, & quæ-

cunque alia animaduersione digna, tam  
 Diffinitores ac Dietas quam per Præfide  
 aut Visitatores quomodocunque ordina  
 gesta, permiffa. Quæ omnia fcriptis ordina  
 gesta à Cancellario Regiminis accipient  
 diligenter examinabunt & confiderabunt  
 non quidem, vt tanquam Iudices appella  
 num omnia in dubium reuocent, cum hæc  
 caufa non fint conftituti: fed tantum vt  
 liquid contra Regulam aut Congregatio  
 Cōftitutiones factum, ftatum, ordinatum  
 concessum, aut permiffum fit, videant. Quæ  
 fi inuenerint huiusmodi transgreffionis  
 thores, in iudicium vocent, vt facti fui  
 nem reddant. Quam quidem fi iuftam  
 quiffimam afferant, Conferuatores iube  
 in acta referri: fin minus, pro qualitate  
 pæ, expreffa caufa pœnam in reum decre  
 quoniam fuccedentibus Diffinitoribus  
 Cōferuatoribus par eft, atque eadem in  
 cedentes Visitatores & Diffinitores aucto  
 ritas, licet Diffinitores aliorum negotiorum  
 mole in comitibus Capitularibus oppreffis  
 valeant fupradicta omnia cum Conferuatoribus  
 perfcutari: ne aliquandò conueniant  
 eadem caufam bis à duobus tribunalibus  
 dicari: Conferuatores fententias & animadu  
 uerfiones à fe decretas, antequam pronun  
 gentur, cum Diffinitoribus conferant: vt  
 municatum maturum confilium facilius  
 inde explicari ac perfici poffit, & per Præ  
 dem executioni demandari. Cancellarius

tem Patrum sibi pro Scriba deserviet, aut eius  
coadiutor,

De Electione Scribae, & Cancellarii Capituli Gene-  
ralis, & de pertinentibus ad Officium eorum

CAP. XV.

**P**OST electionem Diffinitorum & con-  
servatorum, eligatur vnus ex ipsis Diffi-  
nitoribus, qui sit Scriba Capituli, hoc modo  
videlicet. Vnusquisque Diffinitorum nomi-  
net. quem velit Praesidenti Capituli. Qui Prae-  
sidentis omnes nominatos redigat in scriptis,  
postea ballotentur, & remaneat qui habue-  
rit plures voces. Et si plures inuenirentur pa-  
res in vocibus, iterum ballotentur, donec v-  
nus remaneat. Quo electo Praesidentis Capitu-  
li propria manu in registro actoru ipsius Ca-  
pituli scribat, in hac forma de iis fidem facies.  
2. Anno Domini M.D. Indictione N. Die N.  
Mensis N. Sanctissimi Domini nostri Papae  
pontificatus anno N. celebratum fuit Capi-  
tulum Generale Monachorum Congrega-  
tionis Casinensis. alias S. Iustinae. in Mona-  
sterio S. N. De N. Diocesis N. in quo fuit ele-  
ctus in Scribam Capituli. D. N. De &c. ab in-  
fra scriptis Diffinitoribus, eiusdem Capituli.  
Ad cuius rei fidem, ego. D. N. Diffinitor &  
Praesidentis praefati Capituli, haec manu  
propria scripsi. Consequenter duo ex



antiquioribus Diffinitoribus se subscribere. Postea ipse Scriba (qui eo ipso authoritate Apostolica, vt patet per indultum Pij secundi Summi Pontificis concessum de Anno Mccccclxxi. quoad acta Capituli Notarius Publicus censetur) in registro scribatamina Præsidentis, & aliorum Diffinitorum anni illius, & subsequenter oēs alios Officiales, & quælibet acta Capituli scriptura digna. 3. Ad Officium etiã Scribæ pertinet litteras omnes Capitulo præsentatas corã aliis Diffinitoribus legere, & ea quæ alicuius ponderis aut digna examine conspexerit in vno folio per ipsam scribam in modum memorialium notari, per diffinitores postea examinanda. Vnde eius etiam officium pertinet publicare Verba Capituli, riuum Monasterij, Auditores causarum, Cellarium, Depositarium, Lectores Patrum, Hosiarios, & alios Officiales à Patribus Diffinitoribus constitutos: cedulamque dictorum Officialium Vicario relinquere.

4. Sit etiam sollicitus Scriba, terminata Diffinitores anno præterito, quæ reuocata non fuerint in registro describere, & quæ nouo statuentur diligenter adnotare. Scriba etiam faciat litteras gratiosas, pro Beneficiis Congregationis, cum appositione sigilli pendentes, quas ipse subscribat. Litteras quoque vendendi, seu quouis titulo vendendi per Diffinitores concessas, nisi per ipsam extendantur in membrana in forma debita non subscribat.

5. Concessæ verò licentiæ alienandi, vt de præmissis apud omnes debitam fidem fortiantur: Statuimus quod in futurum, vt cuiusque huiusmodi patentes literas concedi contigerit, in pergamento scribantur, & rotundo sigillo in capsula lignea impresso impendenti muniantur. Quod sigillum remaneat in loco Capituli, vt supra dicta commodius valeant expediri, volumus vt finito Capitulo tribus diebus, & ultra si opus fuerit remaneat in monasterio, vbi Capitulum fuerit celebratum.

6. Verum quoniam propter ampliationem Congregationis, multæ occupatione: & causæ in dies emergunt, ita quod cum difficultate Scriba omnibus satisfacere potest: Idcirco per Patres Diffinitores de cætero Frater idoneus, fidus, integerrimus & peritus qui non sit de Capitulo eligatur: qui Cancellarius Patrum vocetur, & registrandi litteras, instrumenta & alias scripturas ad Regimen pertinentes, nec non litteras scribendi & respondendi, quibus opus fuerit pro dispositione Patris Præsidentis & Diffinitorum curam habeat. Qui etiam cum cæteris Officialibus publicetur.

7. Præfatus autem Cancellarius apud præsidem Regiminis semper maneat, vt in rebus ad Congregationem pertinentibus illud opera sua inuet: cum absurdum valde sit quod negotia tanti ponderis fidei cuiuscunque, sine aliquo delectu committantur. In eo

autem Officio multos annos arbitrio Reg-  
 minis perseveret: ut nō solum Præsidi, sed et  
 iam Diffinitoribus rerum Congregationis  
 actorum Capitali, Visitationum, & Con-  
 tentionum, & aliarum scripturarum ad Reg-  
 men pertinentium requisitus notitiam  
 ministrare valeat. Ea enim omnia ita callide  
 debet, & prae manibus habere: ut quocum-  
 que opus fuerit, è vestigio proferre possit.  
 Ei autem coadiutor à Diffinitoribus ipse  
 tempore Capituli deputetur: ne multitudinis  
 negotiorum obruatur.

8. Præsides autem, in omnibus negotiis  
 officium suum, & Congregationis Regimen  
 pertinentibus, Cancellario tantum vtriusque  
 ne res tanti ponderis fidei cuiuscunque com-  
 mittat.

9. In negotiis verò Capitalibus expedien-  
 dis, ut breuitati simul atque ordini & perspicu-  
 itati consulatur: curabit Cancellarius, ut  
 omnia petitionum Abbatum, & Conuentualium  
 folia, eiusdem, parisque magnitudinis  
 sint, & latis amplisque marginibus, in quibus  
 Diffinitores annotare possint, quid super singulis  
 deliberauerint: ut deinde valeant Decretis  
 cetera concipi iuxta Diffinitorum sententiam  
 ab eisdem Diffinitoribus consideranda, & con-  
 probanda. Eiusdem autem folia manu propria  
 Abbatum & Conuentualium subscrip-  
 ta in acta Capituli referantur conseruanda: ut  
 expressè appareat de quibus fuerint Diffinitores  
 admoniti, ne tum Diffinitores ipsi cum

Abbates aut Conuentuales se excusare valeant. Isti si non retulerint, illi si oportuna remedia non curauerint adhibere.

*De Vicario Monasterij.*

## C A P. XVI.

**N**E pluribus Fratrum siue Monasterij curis distrahi Diffinitoribus seu inquietari contingat: Ordinamus quod ipsi Diffinitores eligant per balottas Vicarium Monasterij, & quantum fieri potest eligant eum, qui ante fuerat Prælatus eiusdem Monasterij, seu vnum ex Decanis: qui Fratrum, ac Monasterij melius conditionem nouerit, seu aliquem alium de Capitulo, prout ipsis Diffinitoribus videbitur: qui curam habeat Regiminis Monasterij, ac Fratrum, tam ibidem Conuentualium, quam aliorum ad Capitulum venientium.

2. Quoniam autem multos infirmos, senes, & omnino debiles ad Capitulum accedere contingit: Declaramus solis talibus, secundum Regulam, esum carniū esse concedendum: à quibus omnes alii abstineant. Nec ulli liceat alios nutrire, aut commensales habere auctoritate propria: sed infirmi aut singuli comedant, aut in Refectorio infirmorum simul cum disciplina: præterquam si essent aliqui Prælati senes aut debiles, qui in cubiculis suis refici poterunt. Cæteri omnes ad

vitam

vitam communem in refectorio accedant  
omnino tollatur abusus, si quis in contra  
um inoleuit.

3. Capituli Vicarius, seu Rector teneat  
mū locū post Conseruatores: quibus ab  
tibus omnia signa faciat, & particulares  
rias præstet: excepto quod licentiam eun  
extra Monasterium, causa recreationis, d  
non possit: quæ soli Præsidenti seruatur.

*De Auditoribus causarum, pro rebus  
temporalibus.*

C A P. XVII.

**V**T Patres Diffinitores ( quibus præ  
puè incumbit circa Monasteriorum  
Congregationis reformationem & directio  
nem intendere ) curis temporalium, & cau  
sarum tumultibus non distrahantur, onera  
partita facilius portentur: Ordinamus quod  
per balottas à Diffinitoribus, quatuor eligan  
tur ex Prælati de Capitulo, qui non sint Dif  
finitores, docti, discreti, & idonei, ad admi  
strandam iustitiam super causis & differen  
tiis, quæ solummodo pro rebus temporalibus  
emerferint, inter Congregationem, & eun  
monachos, seu Monasteria, nec nō inter qu  
cunque personas etiam laicas cum Monaste  
riis nostris, aut Congregatione nostra, si  
Auditores ipsos recursum habuerint. Elige  
tur & vnus Scriba ex Conuentalibus, qu

pro quinto sit, quoties prædicti non conuenirent. Cui scribæ per Diffinitores dentur coadiutores duo tam pro registro Conuentuum, quam pro licentiis alienationum in publicam formam & pergameno transcribendis.

Quæ licentiæ omnes per ipsos transcribantur, alias per Scribam Diffinitorum non subscribantur. Et in fine omnium dictarum licentiarum ponatur: Præsentibus litteris tantum per quinquennium valituris. Hijs quatuor Auditores causarum rerum & iurisdictionum temporalium Monasteriorum, & Congregationis vocentur.

2. Ad quorum officium & examen, omnia negotia temporalia, lites, & cõtrouersia Monasteriorum, & Congregationis deferantur. Qui sic electi, ipso facto habeant omnem potestatem cognoscendi & terminandi causas præfatorum summarie sine subtilitate Iuris sola facti veritate inspecta, terminatæque executioni mandare. Et quod ex inopia debitorum ipsi Auditores exequi nequiverint, Regimen aut Visitatores ad quos illius Prouinciæ visitatio spectat, cum requisiti fuerint, exequi teneantur: quorum sententiis, & terminationibus, volumus omnes de Congregatione, siue Diffinitor Capituli, siue Præsides, aut Visitator fuerit, firmiter obedire.

3. Examinent etiam & apud se mature tractent, quibus est licentia quouis titulo alienandi bona stabilia Monasteriorum conce-

denda:

denda: & huiusmodi licentias de eorum consilio, vel concedant Diffinitores, vel negent. Quod si qui petere voluerint confirmationem aliquorum contractuum à Capitulo Generali, deferant ad idem Capitulum copiam authenticam instrumentorum superinde factorum: aliter non audiantur.

4. Insuper computa Monasteriorum, & Congregationis, Præsidentis, ac Visitorum, & Procuratoris diligenter examinent, & discutiant illaque prout iustitia suadebit in toto vel in parte approbent aut reprobent. Approbata verò in libris computorum Congregationis per Depositarium adnotari faciunt.

5. Redditus quoque singulorum Monasteriorum, tam fructuum cuiuscunque generis quam pecuniarum, rationesque dati & accepti creditæque & debitæ pecuniæ à Prælato Cellerario & Senioribus subscriptas exactissime videant, & examinent. Et ubi opus fuerit, æris alieni causas inquirent: & rationem intendant, quomodo dissolui possit: eaque omnia pertractent, quæ pro cuiusque Monasterij utilitate sibi videbuntur expedire verboque & scripto omnia referant Diffinitoribus, ut possint oportunè providere.

Quod si in rationibus huiusmodi aliquam inuenerint fraudem, contra trāsgressores severissime procedatur, etiã usque ad priuationem.

6. Matriculam etiam conficiant, in qua nomina Fratrum qui illo anno Professionem

emiserant scribant. Notent etiam sigillatim prædicti Auditores nomina & loca defunctorum Fratrum, eiektorum, aut fugitivorum, vel aliter diminutorum: ut per Scribam quoque sigillatim in Capitulo pronuntiari valeant. Benefactorum quoque mortuorum, quibus literæ gratiosæ concessæ sunt numerum registrent & scribant. Registrum quoque Conuentuum singulorum Monasteriorum secundum gradum ac officium cuiuslibet, apponendo etiam annum, diem ac locum quo & ubi quilibet Professionem emisit: & in dicto quintero Conuentus ipsos eo ordine digerant, quo examinandorum Monasteriorum cedula, per D. fñitores publicanda digeretur. Propter quæ seruanda mandamus omnibus & singulis Conuentibus & Monachis nostræ Congregationis: ut de cætero litteras & cedulas talia continentes, ad huiusmodi Auditores separatim ab aliis rebus, de quibus scribere Diffinitoribus voluerint, transmittant.

7. Vnde, ut ordinatius cuncta tractentur citiusque expediantur, post eorum publicationem aduocent sigillatim in locum audientiæ ipsorum Conuentuales Monasteriorum: ac de omnibus, & singulis ad officium suū pertinentibus (prout expediens iudicauerint) interrogent: & super his disponant sicut congruens fuerit. Demum causarum controuersis auditis, terminent & iudicent, iustitia præuia, sicut dignum fuerit.



8. Quod si vnus, vel duo ipsorum Auditorum causas aliquas ad se spectantes Auditorum Auditorum tribunal habuerint: quorum intererit exclusis, reliqui Auditorum nà cum eorum Scriba eas audiant & diffinitur.
9. Cæterum caueant diligenter dicti Auditores, ne quicquam ( quod absit ) ex complacencia aut displicencia, quouis modo iustitiam facere, vel determinare præsumant.
10. Ab eorum tamen sententiis liceat appellato ad D. diffinitores appellare: qua appellatione interposita, de causa ipsa se amplius intromittant. Qui quidem Diffinitores non facile sententias reuocent, nisi cognita causa & intellectis Auditoribus.
11. Veruntamen, ne lites immortales fiant, ad longum nimis protrahantur: Ordinatur quod ipsa appellatio vsque ad Capitulum proxime futurum p̄dere habeat inclusivè. Quot tempore si appellantes ipsi profecti non fuerint, sententia ipsa transeat in rem iudicatam: ita quod nisi condemnati in tempore sibi assignato satisfecerint, in sequenti proxime Capitulo voce careant actiua & passiva dummodo tempore debito sententia ipsa iudicata fuerit. Qui terminus cum esset habitus in Festo Sancti Martini, prorogatur tamen vsque ad Capitulum proxime futurum propter faciliorem soluendi facultatem. tamen, vt ante electionem Diffinitorum satisfaciant creditori. Quod si non fecerint, futura tunc proxime electione Diffinitorum

careant voce actiua & passiuā, & insuper ieiunent in pane & aqua qualibet hebdomada, donec satisfecerint.

12. Quòd si adhuc animo perstiterint indurato, quia sunt in mora, & contra contumaces, omnia iura clamant: post duorum à finito Capitulo mensium lapsum, incidāt in eadem ipsas pœnas, & vltra hoc teneantur ad pœnam dupli applicandam Congregationi, & per Depositarium exigendam, omni excusatione remota.

13. Sententias autem Præfatorum Auditorum, ac eorum acta in scriptis redacta, finito eorum officio volumus Regimini consignari, cum aliis scriptis seruanda.

14. Et ne ipsorum Patrum Auditorum (qui honorabile membrum Diffinitorii esse censentur) vilescat authoritas: pro grauitate illius tribunalis, locum eis Superiorem post Vicarium assignamus in toto Capitulo: ita vt in absentia Vicarii generalia, in absentia verò omnium Superiorum Monasterii, vbi Capitulum celebratur, etiā particularia, iuxta ordinem professionis sibi inuicem deferentes signa faciant. Officium verò eorum vsque ad absolutionem Capituli durat.

## De Depositario Capituli.

## CAP. XVIII

**Q**VIA crescente in dies Congregatio  
negotia quoque crescere in dies  
manifestum est: adeò quod, nec Diffinitores,  
causarum Auditores, facile omnia expedire  
sunt: Itaque ut eò facilius onera Capitu-  
li portentur, quo in plures distributa fuerint  
eligatur a modo vnus Frater fidus & omni  
pensione carens, atque in computorum  
peritus, qui sit tempore Capituli Con-  
gregationis Depositarius. Qui quidem sic  
diffinitoribus eligatur. Quilibet Diffinitor  
autem Præsidentis vnum nominet, de  
de nominati omnes balotentur: &  
plures habuerit voces, Depositarius  
Si verò plures in voce pares fuerint,  
Superior est Professione præferatur.  
Depositario quilibet prælatus confis-  
sarius sua: & ipse Depositarius accipiat  
de marsupio cuiuslibet Monasterij taxam  
ac etiam ratam Annatæ annuatim cuiuslibet  
Monasterio contingentem: & omnia  
bro computorum annotet, ac etiam super  
bellis cuiuslibet Monasterij, à Prælato  
lis annis deferendis, quæ scribenda  
scribat: videlicet debita, & credita illius  
nasterij cum Congregatione, videlicet  
natarum, & taxarum supradictarum: & si

præter eas tempore Capituli, aut intra annum, imponi contigerit, & similiter debita, & credita Præsidentis, Visitatorum, Procuratoris Congregationis, & aliorum ex Patribus, & Fratribus: qui nomine Congregationis aliquid receperint, vel exposuerint, prout prædicta per Auditores causarum diligenter examinata, & approbata fuerint. Residuum verò pecuniarum, quod in præfatis marsupiiis fuerit, finito ac publicato Capitulo de Patris Præsidentis licentia, cuiuslibet Monasterij Prælato vnà cum suo marsupio restituantur.

*De Monasteriorum examinatione.*

CAP. XIX.

**F**ERIA secunda tempestivè dicatur, sine cantu Missa de Domina: cui omnes interfint Diffinitores, nisi aliqui celebrare voluerint. Si solenne Festum occurrerit, ea die dicatur Missa de Festo, & fiat commemoratio de Domina.

2. Completa Missa pulsetur pro Capitulo, coadunatisque Diffinitoribus genibus flexis aliquantisper orent, factoque signo à Præsidente sedeant omnes: quem etiam modum teneant, quoties ad Capitulum celeb. andum ingrediuntur.

3. Fiant igitur primò per Scribâ Capituli duæ cedulae, in quibus pro dispositione Patris

Præsidentis ponatur omnia Monasteria Congregationis, quo ordine examinanda fuerint quarum altera publicè appendatur, ut sciantur Conuentuales omnes quo ordine & quando sunt examinandi, & se præparent: altera rò remaneat pænes Præsidentem, ut sciat quo ordine Conuentuales vocare \* debeat.

\* alias in-  
le 11.

4. Postea ve:ò aduocentur Auditores causarum, cum eorum Scriba: qui omnes monentur à Patre Præsidente, ut Officiis sibi commissum strenuè & in reg: è exercant iustitiamque omnibus cū Dei timore adimplerent, & quæ eis incumbunt quam citè exequantur & terminent: & ut Capitulum de Auditoribus causarum legant, & diligenter examinent hortetur. Et primo registri Conuentuum expediatur. Consequenter Præsidenter distribuat unicuique Diffinitorum Officia: adnotationes videlicet monachorum Fratrum: ordinædorum Balnearum litterarum gratiosarum, extraordinariorum & aliorum huiusmodi, prout ipsi Patri Præsidenti videbitur.

5 Post hæc autem procedant ad monachorum examinationem: imprimis statuetur quod si is qui fuerit Prælatus Monasterij quo facienda est examinatio sit Diffinitor exeat de Capitulo.

9 Quæ quidem examinatio super vno folio separato scribenda erit: & ita à Scriba custodienda, quod ad dicti Diffinitoris notitiam peruenire non possit.

7. Similiter si quis Diffinitorum habeat Prælatum sibi consanguinitate vsque ad secundum gradum inclusiuè conianctum, quando de ipso Prælato fit examinatio, Diffinitor ille tunc exeat, nec præsens sit in illa examinatione.

8. Quæ quidem examinatio super vno folio scribenda & custodienda erit, vt supra: & aduocato illius Monasterij Conuentuali, præsentet litteras concernentes negocia ipsius Monasterij, si quas habet. Deinde si quid dicere voluerit, paucis & honestis verbis & ad rem pertinentibus referat: dimissoque memoriali eorum quæ retulit apud Diffinitores (prout supra notatum est in Capitulo quarto decimo De electione Scribæ) exeat. Quo dimisso, legantur litteræ omnes seriatim & ex integro, omnibus Diffinitoribus audièntibus, & ambasciatæ per eum in scriptis præsentatæ: & notentur quæ prouisione seu reprehensione digna fuerint.

9. Consequenter habeatur plena & diligens informatio à Visitoribus, qui anno proxime præterito Monasterium de quo agitur visitauerint. Postremo aduocetur præfati Monasterij olim Prælati: qui (prout de Conuentuali dictum est) super negociis sui Monasterij examineur, quiq; omnibus, quæ dicere voluerit in cedulam reductis vt supra, eam manu sua subscriptam relinquat.

10. Habita tandem de omnibus informatio-

ne, notentur in vno folio si qua reprehendere digna fuerint: & accersito eo qui est apprehendendus, Præsidentis Capituli nemi- cialiter nominando aut dicendo vnde in- formationem habuerit, moneat ipsum hoc- do.

11. Ad nos peruenit, vel nos audiuimus sic. Et præcipuè interrogetur Prælatus & è & seriatim de sibi oppofitis importan- ne inaudita parte contra eum procedat- nus iustè. Similiter cum quocunque præfens fuerit procedatur: & tandem a- ta eius responsione, eum prout viderit er- dire absoluat, vel moneat, corripiat, & p- at. Quam correctionem vel admonitionem volumus recipi cum omni reuerentia & uotione.

12. Si verò per Conuentualem aut alios ex Fratibus relata fuerint aliqua, de qua haberi certa informatio nequit: de- ferat scriptis Visitatoribus anni sequentis Monasterii, vt examinent & procedant, ut in Capitulo de Visitatoribus ordinabitur.

13. Examinatis igitur, supradicto ordine Monasteriis omnibus, consequenter procedatur, ad examinationem Visitatorum Monasterii. Qui Visitatores interrogentur à Directoribus sigillatim de vnoquoque Monasterio: si qua digna nota, correctione, admonitione inuenerint: quæ omnia per Secretarium adnotentur, sicut supradictum est de Monasteriis. Et similiter proferantur lit-

si quæ sunt, ad Diffinitores à Monialibus mis-  
sa, aut aliter dicta Monasteria Monialiū con-  
cernentes. Hoc etiam prouiso, quod si Præ-  
latus qui curam habet dicti Monasterii, aut  
eius Consanguineum vsque ad secundū gra-  
dum contingeret esse Diffinitorem, eo casu  
exeat Diffinitorium, prout etiam fit in exami-  
natione Monasteriorum suorum. Deinde vo-  
cetur Prælatus, & cætera vt supra.

*De modo, quo Diffinitores expediant  
terminanda. CAP. XX.*

**E**XPEDITA itaque Monasteriorum exa-  
minatione, Præsides Capituli, quem  
volumus esse promotorem omnium causa-  
rum: ita tamen quod ipse tam Capituli, quā  
etiam Regiminis Præsides teneatur quæcū-  
que præponere, super quibus ab aliquo Diffi-  
nitorum fuerit requisitus: omnia quæ nota-  
ta sunt, per Scribam in medium diffinienda  
seriatim & successiue producat.

2. Et incipiens à nouissimis vsque ad primos  
sciscitetur vota vniuscuiusque, vltimo ipse di-  
cturus. Et vno loquente cæteri taceant. Si  
quem verò deprehenderit in dicendo proli-  
xiorem, extra materiam vagari: moneat eum,  
vt exponat votum suum paucis verbis, & ad  
rem pertinentibus.

3. Omnibus verò auditis, illa opinio in qua  
duæ partes conuenerint Diffinitorum cen-



seatur ab omnibus diffinita. Scribantur autem terminata à Diffinitoribus in margine foliorum petitionum, Abbatū, siue Conventualium per Scribam, è regione petitionum per capita summarie, prout supra adnotatum est, capitulo decimoquinto, de electione Scribæ.

4 Post hæc verò Diffinitores legi faciant Ordinationes præteriti Capituli, & similes quæ fuerint ordinata, Per patrem Præfidentem, Regimen aut Visitatores intra annum, & iudicio duarum partium, vel approbentur vel reuocentur.

5 Quæ autem de nouo, tunc ordinata fuerint seu terminata, seruentur quidem, sed regitentur, aut redigantur in Ordinationibus, nisi per annum prædicta fuerint, & sequens Capitulum confirmata.

6 Nouæ autem Ordinationes non facilius modò fiant, nisi cum grauitate maxima & maturitate, & non nisi ex vrgentissima causa. Propterea ordinamus quod si quæ antedò Ordinationes faciendæ sunt, postquam fuerint à Patribus Diffinitoribus formata, per suffragia approbatæ exhibeantur: & relinquuntur per aliquod tempus Prælatibus omnibus considerandæ. Quibus postea concisus, legantur sigillatim per Scribam, aut Diffinitores mandauerint: & quæ à duabus partibus dictorum Prælatorum pari voto approbatæ fuerint, Patres Diffinitores per Scribam faciant publicari, sequenti anno publicari.

practicandas, & futuro proximo Capitulo modo quo supra, & duabus Prælatorum partibus approbandas, & confirmandas: quæ deinceps nõ valeant nisi eodem modo quo confirmatæ fuerint reuocari.

7 Terminata verò per anteriora Capitula nolimus qualibet facilitate reuocari; sed si quæ in dubium adduci contigerit, per subsequens Capitulum minimè reuocata, nullatenus proponantur examinanda, nisi de consensu duarum partium Diffinitorum: quæ tamen, ex toto vel in parte reuocari non poterunt, nisi ex nouem Diffinitoribus ad minus octo consenserint. Et quotiescunque aliquid antea, per patrum Decreta ordinatum alterari quacunque de causa contigerit, in Decreto posteriori fiat mentio Decreti prioris. Alioquin Decretum posterius nullum sit, & Decretum prius in suo robore permaneat.

*De calculo expensarum.* CAP. XXI.

POST examinationem Monasteriorum, ante tamen nouorū Officialium, & Prælatorum electionē, Ordinamus quod Diffinitores videant computa Congregationis per Auditores causarum approbata, & per Depositarium adnotata. Ac calculum expensarum anno proximo præterito nomine Congregationis facturum, tam per Præsidentem, & Visitatores, quam etiam alios nomine Congregationis, quacunque ex causa, nec

non debitorum & creditorum. Quos  
sint solliciti, huiusmodi credita exigere, & obli-  
gata soluere.

2. Videant præterea expensas quæ anno  
turo fieri continget, habita consideratione  
id quod defuit vel superfuit de anno præter-  
ito, & earum quantitatem in vno folio nota-  
re. Ultimo videant, si qua sit subuentio facta  
aliquibus Monasteriis: & provideant ut  
solui debeat dicta subuentio, & quanta & quibus  
Monasteriis.

3. Pro subuentionibus autem Monasterio-  
rum, & pro exolueno ære alieno Congrega-  
tionis, assignamus Monasteria, S. Pauli de  
S. Laurentii Auerfæ, S. Nicolai in Lincio  
& S. Pauli de Argon: quorum Monasterio-  
rum Prælati & Cellerarii teneantur singulis  
annis soluere eam pecuniarum quantitatem  
quæ per Diffinitores fuerit unicuique impo-  
nata. Similiter, & Monasteria Siciliae sibi præ-  
scriptam ratam quotannis cum effectu cau-  
uant Patribus Depositariis ad hoc deputatis  
sub pœna suspensionis Prælati, & alii Ob-  
dientialibus, quorum culpa non fuerint præ-  
lati pecuniæ exsoluæ.

4. De quinquennio autem, in quinquen-  
nium renouetur taxa Monasteriorum.

5. Et ne Patres Monasteriorum in subuen-  
iendo alterutrum pro necessitatibus emer-  
gentibus remissiores fiant: declarando consti-  
tuimus, quod si pro acceptione alicuius Mono-  
sterii, vel aliis causis contingat aliquas expen-

fas pro Congregatione fieri, satisfiat sumptibus Congregationis: quæ postmodum à Monasterio pro quo factæ sunt, per Visitatores vel alios ad id deputatos exigantur.

6. Non omittant præterea providere, vt solvatur census annuus vnciæ vnius auri: quem Congregatio tenetur annuatim solvere in Festo Apostolorum Petri & Pauli Cameræ Apostolicæ, in signum perpetuæ libertatis.

7. Omnibus itaque maturè, ac diligenter consideratis, si pecuniæ defunt, imponantur cuilibet Monasterio taxæ plures vel pauciores: prout necessitas exegerit, cum præfixione termini ad soluendum, ac quibus, & vbi solvi debent.

8. In solutione autem pecuniarum, quæ per singulos annos à Monasteriis nostris Romæ facienda est, singula Monasteria integrâ summam quam debent, impensa sua propria Procuratori vel agentibus pro Congregatione in Vrbe Roma repræsentent: aut Quæstores Congregationis Venetiis, & alibi omne dispendium singulis Monasteriis expensum ferant, quod ipsorum Monasteriorum causa à Congregatione in communi sustinebatur tam cambiorum causa, quàm aureorum numum ponderis defectu.

## De Præsidentis Regiminis Electione.

## CAP. XXII.

**D**IE primo post omnium prædictorum expeditionem, etiam si superius ordinata ex integro expedita non fuerint, electio Præsidentis Regiminis celebrari poterit sollemniter per Præsidentem M. de Sanctissimo Patre nostro Benedicto. Congregatis Diffinitoribus, Præsidentis Capituli exhortetur eos pro nouo Præsidente Regiminis eligendo, eum admonens eligendum, quem pro Congregatione magis idoneum, utilioremque probauerint.

2. Propter frequentes autem necessitates continua negotia in Romana curia, atque tota Congregatio unum corpus esse censetur, præcedentium Patrum vestigiis inhaerentes: Statuimus, ut saltem, quolibet quarto anno Præsidentis Regiminis ultra Alpes deputetur.

3. Modus autem electionis erit iste. Quilibet Diffinitor describat per se in cedula, primo nomen suum, deinde nomen illius quem eligere in Præsidentem intendit, hoc modo: Ego D. N. eligo in Præsidentem D. N. & scriptum ponat in vase ad hoc præparato. Hoc facto Diffinitores vocent Scrutatores, qui scrutentur simul secretè voces datas. In quo si verò quinque voces conuenisse viderint, eam Præsidentem pronuncient. Quod si non con-

uenerint, omnes nominati in Præsidentem à Diffinitoribus balotentur. Balottas verò dicti Scrutatores videant & eas notent. In quem verò plures balottæ conuenerint, dummodo non sint infra quinque, ille sit Præsidentis. Si verò aliqui fuerint pares in quinque uocibus, vel supra, isti iterum balotentur vsque tertio inter Diffinitores: & qui plures habuerit balottas, ipse erit Præsidentis. Et si iterum fuerint pares, pronuntietur qui est antiquior in Congregatione.

4. At si ex nominatis in Præsidentem, nemo quinque uoces habuerit, balotentur semel secundò & tertio, & non amplius. Qui si nec tunc conuenerint, aduocentur quatuor auditores caufarum: & eis adiunctis nominati per Diffinitores in Præsidentem, inter eos omnes balotentur, & in quem sex ad minus uoces conuenerint Præsidentem pronuntient. Si verò aliqui fuerint pares in sex uocibus vel supra, isti iterum balotentur, vsque tertio: & qui plures habuerit uoces, ipse erit Præsidentis. Et si iterum fuerint pares, pronuntietur qui est prior in Congregatione. Electum verò in Præsidentem, huiusmodi onus omnino uolumus acceptare. Consequenter uocentur omnes Fratres de Capitulo, & qui in eodem resident Monasterio, & coram eis electus Præsidentis pronuntietur per antiquiorè ex Diffinitoribus, ut in f. a. Qui continuo postulet, attento onere sibi imposto, pro se orari ab omnibus: & omnes successiue Fratres habentes

vocem

vocem in Capitulo ad pacis osculū recipi-  
 5. Deinde is qui fuerit Præsident Capituli  
 vel antiquior Diffinitorum, si is factus est  
 Præsident Regiminis, incipiat: Te Deum  
 laudamus. Et cantando omnes processione  
 ter ad Ecclesiam accedant, Præsidente Regi-  
 minis ibi existente.

6. Cum verò peruentū fuerit ad Chori, Præs-  
 idens Congregationis cū illo qui fuerit Præs-  
 idens Capituli, vel cum antiquiore Diffinito-  
 rum, si, vt supra, factus esset Præsident Regi-  
 minis, & alio ex antiquioribus Diffinitoribus  
 ante altare se prosternant, & finito, Te Deum  
 laudamus, is qui fuit Præsident Capituli, vel  
 antiquior dicat. Vers. Saluum fac seruum tuum.  
 Respons. Deus meus sperantem in te.  
 Vers. Mitte ei Domine auxilium de sancto.  
 Respons. Et de Sion tuere eum. Vers. Domine  
 deus meus. Respons. Dominus vobiscum. Respons. Et cum spiritu  
 tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis  
 mirabilia magna solus, præstare super  
 famulum tuum Præsidentem nostrum, & con-  
 per congregationem illi commissam, spiritu  
 gratiæ salutaris: & vt in veritate tibi compa-  
 ceat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis  
 infunde.

Porrige Domine huic famulo tuo Præs-  
 denti nostro dexteram tuam, per interces-  
 sionem beatæ & gloriosæ semperque Virgini  
 Dei genitricis Mariæ: & auxilium ei super  
 virtutis impende.

Intercessio

*De Prælatorum Electione.* 63

Intercessio nos quæsumus Domine Beatissimi Patris nostri Bened. Cti Abbatis cōmendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio asséquamur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Si verò contingeret electum abesse, eius locum & vicem teneat antiquior Diffinitorum, & omisso osculo pacis cantetur: Te Deum laudamus, cum Versibus & Orationibus, vt supra.

*De Prælatorum Electione.*

CAP. XXII.

**Q**UIA experientia magistra didicimus Prælatorum crebram mutationē Monasterijs in spiritualibus & temporalibus esse damnosam: idcirco moneamus vt in electione Prælatorum huiusmodi crebra mutatio vitetur: & quantum fieri potest non mutantur Prælati nisi elapso quinquennio, præterquã ob aliquam rationabilem & legitimam causam, scripto in mutatione exprimendam. Ipsius autem electionis modus erit iste.

1. Primò Diffinitores ineant inter se tractatum de Patribus, qui sunt mutandi, vel si qui sunt deponendi, aut de nouo instituendi. Et nullus possit vel deponi vel de nouo institui in Prælatum, nisi præmisso inter Diffinitores tractatu & Scrutinio de huiusmodi depositione vel institutione, & qui anno præ-

terito



terito factus Prælatus, nisi ex nouem Diffinito-  
ribus septem consentiant, non poterit  
cludi. Similiter qui in prælatum de nouo  
instituentus nisi ex nouem septem consen-  
rint inter Prælatos computari non poterit  
nec possint aliter aut alij poni in cedula  
aut amoueri de cedula Prælatorum: nec  
electionem Prælatorum, procedi possit  
præmissis prædictis.

3 Demum quilibet Diffinitorum scribit  
preparata cedula nomina Prælatorum, qui  
nominare voluerit, unicuique Monasterio  
Prælatum vnum prout conscientia sua iudicabitur  
assignando. (Ita tamen quod nullus  
Prælatus amoueat, de quo prius Diffinitores  
inter se non tractauerint de huiusmodi  
amouendo: & hoc inuiolabiliter obseruetur)  
præfaramque cedulam in vase ad hoc pre-  
parato reponat.

4 At postmodum vocentur Scrutatores  
præfatas cedulas diligenter & fideliter  
tentur, & nominatos in dictis cedulis Prælato-  
tos fideliter in vna ampla cedula redigant  
unicuique Monasterio attribuendo nomina  
tos in eodem Monasterio, etiam si plures  
vno Monasterio fuerint nominati: & ipsam  
cedulam præfatis Diffinitoribus repræsentent.  
In qua si reperietur aliter quam supra prædictum  
est de aliquo Prælato dispositum fuisse, Præsides  
omnino prohibeat talem Prælatum  
suffragiis subdi: imò absque alia discussione  
eundem in monasterio in quo prius erat

des: ibi & nominari faciat. Cedula verò quas præfati Scrutatores scrutati fuerint comburant: & omnia secreta teneant, ne scandalum aliquod possit oriri. Qui si contrafecerint puniantur, prout supra de ipsis reuelantibus dictum est. Quo facto singuli balotentur: & in quem plures balottæ conueniunt, ille præferatur Monasterio illi de quo agitur.

5. Hoc sanè volentes, quod si quis eorum pro quo ballottæ datur fuerit de Diffinitoribus, vt liberius de eo disponatur, exeat foras Capitulum donec fuerit balottatus.

6. Quod si contingeret eundem Patrem in duobus vel pluribus Monasteriis nominatum aliis Patribus in balottis anteferri, balottetur iterum: & pro quo Monasterio plures repperterint voces, illi præficiatur.

7. Hoc sanè attendentes, quod si quis Prælatorum in aliquo Monasterio per quinquennium steterit, in illo iterum non instituitur: nisi ex euidenti causa utilitatis illius Monasterii fuerit per Diffinitores, ex quibus ad minus octo consentiant, etiam per annum secum dispensatum: Ita tamen quod si intra annum in aliquo Monasterio Prælatum deputari cogerit, si quidem ante Aduentum domini id fuerit, pro integro anno illi computetur: si autem post prædictum tempus, non habeat illi præiudicare, quin ibi possit integro sequenti quinquennio confirmari.

8. Idem etiam intelligimus de Fratibus Cōgregationis deputatis ad regimen membro-

rum Monasteriis subditorum: apud quos  
 lumus continuare, regimen huiusmodi  
 brorum, etiam si ad talia membra accesserint  
 Decani, aut alii maiores Professione: quod  
 mino, inuolabiliter obseruari volumus.  
 9. Aduertant autem ipsi Patres Diffinitores  
 aut etiam qui pro Dietis celebrandis in fra-  
 num congregabuntur, ne in promotionibus  
 ad Dignitates, Prælaturas, Officiaue cuius  
 generis in Congregatione faciendis, vti  
 omnino promoueant ad fauorem cuiuscumque  
 que Principis aut Prælati, extra Congrega-  
 nam. Hoc enim prohibetur per duo Diplo-  
 mata Pij V. quorum alterum septimo Apri-  
 lis, alterum vigesimo octauo eiusdem mensis  
 & anni M. D. Lxxi. datum fuit. Distinctum  
 tem per Diploma Gregorii XIII. die septi-  
 mo Aprilis, M. D. Lxxiiii. quod legendum  
 quotannis coram omnibus de Capitulo Sa-  
 batho in primo actu Capitali.

*De Conuentuum reformatione.*

C A P. XXIV.

**E**XPEDITIS Prælatorum electionibus  
 Etent cōsequenter Diffinitores de Con-  
 uentuum reformatione.

2. Videant itaque primò si Monasteria  
 ribus Decanis Magistris Nouitiorum Ce-

*De Conuentuum reformatione.* 67

rariis & Monialium Confessoribus indigent. Quod si viderint in aliquo Monasterio aliquem promovendum, aut ex illius Monasterii Superiorum suggestione, vel ex ipsorum Diffinitorum propria consideratione, servatis omnibus in Apostolicis litteris expressis, præsertim, quæ de trina Visitatorum approbatione præscripta sunt, tunc Diffinitores ipsi diligenter de ipso ineant cum Dei timore tractatum: Declarantes illos de quibus tunc agatur nequaquam in electorum sorte trāsire debere, nisi ex nouem Diffinitoribus septem saltem consenserint.

3. Et ne eorum Diffinitorum in aliquo iudicium errori pateat, Visitatores in Monasteriis visitandis interrogabunt Prælatum ac cæteros Monasterii Superiores, an inter se mutuo consilio tractauerint (quod eos omnino facere volumus: sit ne aliquis in Monasterio Frater morum probitate & scientia dignus, qui promoueri possit ad Decanatum, Itemque ex clericis ad Subdiaconatum, Diaconatum, aut Sacerdotium: & si eos inuenerint post eiusmodi tractatum aliquos dignos iudicasse qui præponantur à Visitatoribus approbandi: mandabunt sibi in cedula descriptos exhiberi. Et à Prælato & singulis Superioribus iuramento præstito exigent, an affectione & praua animi inclinatione aliquem præposuerint, vel odio, seu malevolentia prætermiserint: an verò quod eos dignos & idoneos ad eam dignitatem

siue Officiū iudicauerint. Deque sic nominatorum vita & moribus inquirent à ceteris probatæ fidei Fratribus : & singulorum testimonia in acta referri iuebunt. Industriam verò ac scientiam præsentis ipsi examinant & quos idoneos repererint approbabit. Decanorum autem & Priorum Claustrum vitam, mores, industriam, doctrinam, & consuetudinem, tum à Prælato & Superioribus ab aliis Fratribus diligenter explorabunt. eorum enim numero cum eligatur tum Prælati res tum Abbates respectiuè, omnium operum sunt approbandi. Quos igitur dignos iudicauerint Visitatores ( super quo eorum contentiam oneramus ) approbabit, & in acta referri mandabit. Gaueant autem Visitatores ne aliquem approbent qui non integritatem saltem annum in eodem Monasterio habuerit aut certè bonum testimonium habeat ab Episcopis prælatis & Superioribus quibuscumque conuenienter, licet in diuersis Monasteriis vixerit. quis autem fuerit primo & altero anno ab aliis Visitatoribus approbatus, & tertiis Visitatoribus videatur eo gradu indignus: ipsius dignitatis causam iidem tertiis Visitatoribus actis visitationum allegabunt quam ob causam eis minimè approbandus videatur. Diffinitores iudicare possint culpam suam, uter, an Visitatorū vitio reiectus sit: & an eorum triennali Visitatorum probationi subiciendus, vel potius inter bis approbatos computandus sit. Visitatoribus autem triennali

*De Conuentuum reformatione, & c. 69*

antur in folio descripta nomina Fratrum omnium approbatorum. Qui autem tres habuerint probationes, describatur in libro approbatorum, nec alia probatione indigeant: nisi aliqua postmodum animaduertenda commiserint. Hoc tamen attento, quod Titulares Prælati deinceps neque in Abbates cum administratione, (prout in Capitulo trigesimo sexto Regulæ dictum est) neque in Priores, neque in Decanos promoueri poterunt.

4. Prohibemus quoque, ne quis ad aliquem gradum Superioritatis assumi possit, nisi completo septennio post Sacerdotium in Cōgregatione susceptum: aut ad curam Nouitiōrū, nisi completo nouennino à prædicto Sacerdotio.

5. Illi quoque, qui Sacerdotes ad Congregationem uenerint, nisi decimosexto, & decimo octauo anno, respectiue in Congregatione completo.

6. Et nemo in Priorem, aut Abbatem promoueri possit, nisi quinquennio saltem in Decanatu, aut Prioratu respectiue laudabiliter uixerit: prout in Declaratorio Regulæ, Capitulo vigesimo primo.

7. Videant consequenter Diffinitores, si Monasteria Sacerdotibus, Cātoribus & aliis quibuscunque Fratribus indigeant: & præscribatur unicuique Monasterio certus Monachorum numerus, pro qualitate loci, cōcursu, ac frequētia populi, & dignitate Ecclesiæ. Quem quidem numerum non liceat augere aut minuere: nisi ex uigentissima & legitima

causa, in Capitulo Generali à maiori parte Prælatorum approbanda. Statuatur item eo numero quot Decani, quot Sacerdotes, quot Clerici singulis Monasteriis sint adscribi: sic enim fiet, vt ex certo vniuscuiusq; Monasterii Monachorum numero, certus etiam numerus omnium in Congregatione Monachorum statuatur. Adcò vt singulis annis plures Nouitii ad probationem recipiantur, quàm quot de præscripto numero fuerint minuti. Insuper si qui Fratres, ex legitima causa petant aut indigeant mutatione, supra dictis omnibus debita, pro vt fieri poterit, eis videbitur, fiat prouisio.

Admonètes ante omnia, quod Fratres in stræ Congregationis non leui causa mutantur, nisi ex causa manifesta infirmitatis, quæ ab Medicorum consilio aëris mutatio laueniret: aut si huiusmodi mutatio ad salutem esset necessaria. Ad tollenda autem scandala & incommoda, quæ ex frequentibus Monachorum mutationibus sæpenumero oriuntur: Statuimus vt de cætero Monachi neque à Diffinitoribus, neque à Regimine mutantur: sed tantum à Visitatoribus actu visitationis, cognita & in eorum mutatione scripto expressa causa. Ad Diffinitores autem siue Regimen pertineant tantum mutationes Prælatorum & Superiorum ac Officialium, aut etiam cum Monachi ex vna Præuincia ad aliam sunt mutandi: quod fiat à legitimo consilio Visitatorum, vtriusq; Præuincie.

*De Conuentuum reformatione, &c. 71*

Nihil tamen prohibebit, quin pro Congregationis bono, ex virgēti causa possint Diffinitores & Regimen non solum aliquot Monachos sed omnes mutare: quibus hac Constitutione eam facultatem omnino ademptā esse nolumus. Mutatis autem Fratribus Visitatores aut Diffinitores aut Regimen per quos mutari contigerit provideant, vt omnia itineri necessaria tribuantur: & imperetur via qua ad Monasteria sibi assignata debeant proficisci: adeò vt vagandi tollatur occasio, & commodis Monachorum qua decet charitate consulatur.

9. Idcirco Ordinamus, quod quoties aliquis Frater petit mutationem, nisi saltem septem Diffinitores assentiant non ei annuatur. Bloquentur autem Fratres mutandi singuli & sigillatim, & non plures simul. Mutationes autem prædictæ, quantum possibile est, fiant ad loca viciniora, & magis propinqua: vt expensis parcat, & vagationi Fratrum. Et hoc præcipue circa iuvenes obseruetur: ne cogantur diuersa Monasteria, & hospitia circuire.

10. Scriba verò Capituli Fratres & Monasteria à quibus amouendi sunt, & ad quæ trās mittendi fuerint in scriptis redigat: nec catalogis mutationum per Capitulum aut Dietas factarum credatur: nisi subscriptis manu ipsius Scribæ, siue Cancellarii, vel vnius ex Prælati vel Procuratoris in Curia, vel Neapoli fidē facientium, eos cū originali cōuenire.



11. Statuentes, quod quando Fratres mutentur de Monasterio ad Monasterium: compertenter induti mittantur, cum clamyde, capulo, aliisque necessariis: prout in Capitulo xagesimoseptimo Regulæ dictum est.

12. Pecunias verò quas pro vestimentis deferunt, statim Prælatis assignent: quas vultus in ipsis vestimentis omnino expendi, non ad alium vsum conuerti.

*De Visitatorum, & Procuratoris in Curia  
Electione.*

CAP. XXV.

**D**EMVM ipsi Diffinitores eligant sex Prælatos in Visitatores vltra Præsidentes iuxta Diploma Gregorij XIII.

2. Modus autem eligendi erit iste. Quilibet Diffinitor secretè de per se scribat in vna cedula sex Visitatores, qui sint Prælati: duos citra, & duos vltra alpes, & reliquos duos in Regno Siciliae. Postea ipsam cedulam Præsidenti præsenteret, deinde nominati b lottentur: & qui habuerint plures voces Visitatores existant. Quando verò plures concurrunt in vocibus, antiquior praeponatur.

3. Statuimus tamen iuxta formam litterarum Apostolicarum Gregorij XIII. vt qui in vno capitulo fuerit Diffinitor, illo anno Visitator esse non possit: similiter quod is, qui fuerit Visitator anno praeferito, nisi elapso biennio in Visitatorem minimè eligi possit.

Quibus

Quibus quidem Visitatoribus non possit iniungi visitatio Monialium, neque actu, neque officio. Visitator solum actu sequenti anno illa monasteria visitare non poterit, quæ præterito anno etiam actu visitauerit. Quam prohibitionem, tam ad Visitatores Monialium, quam Monachorum extendi volumus.

4. Tradant autem Diffinitores binis quibusque Visitatoribus, iuxta prædictas litteras Apostolicas, cedulam: in qua descripta sint, non solum ea quæ de Visitatoribus Congregationis nostræ Constitutiones mandant obseruari: sed etiam alia quæ ipsi Diffinitores iudicauerint Visitatoribus mandanda tam in genere quam in specie, pro singulorum Monasteriorum exigentia. Et binis quibusque Visitatoribus constituent singulos Scribas, prout infra statutum est in secunda parte Constitutionum, capitulo secundo.

5. Idem quoque modus & ordo seruetur eligendi quatuor Visitatores Monialium, prout supra de aliis Visitatoribus dictum est: qui & ipsi biennio à dicto officio vacare debent.

6. Postea ineant tractatum de eligendo Procuratore Generali: cuius officium cum maximi sit ponderis, eligatur spectatæ vir probitatis, industriæ, ac fidei: quique non solum ingenio, & grauitate morum commendetur, & in Congregatione saltem per annos viginti quinque vixerit, & cui vita in officiis, & magistratibus laudabiliter acta firmum &

graue dederit testimonium, posse tanti oneris & honoris nomen sustinere: accesseritque grauior quædam, & continuata Visitationis confirmatio. Ad eius enim officium spectant Congregationis negotia in Curia tractata, Diffinitorum Capituli Generalis, aut Patrum Regiminis præscripto, omniaque ad Præsidem referre: Congregationis iura tueri, benedictiones quindenniorum, quartam partem reddituum, & contingentem partem Subsidii quingentorum millium scatorum, & annuum censum vncie vnius auri Camere Apostolicæ in festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, in signum perpetuæ libertatis quorannis solueri, x pecuniis sibi per Monasteria, aut Quæstorem transmissis. De quibus singulis annis in Capitulo Generali datæ accepti exactissimam rationem reddat: singulisque Monasteriis tantam summam acceptam referat, quantum cum effectu receperit, sub poena priuationis, & inhabilitatis ad alia quæcunque officia, per quinque annos obtinenda.

7. Singulorum item Monasteriorum negotia curabit, & causas defendet, & prouidus fuerit, tam de rebus publicum Congregationis bonum concernentibus Præsidentem certio rem faciat, quam de priuatis Monasteriorum negotiis, eorum Superiores.
8. Ut autem tanti Officii onus facilius sustinere valeat, deputetur ei à Diffinitoribus, & à Patribus Regiminis Coadiutor: cuius op

ra scribendo, & aliis negotiis vtatur. Sit gra-  
uis & ipse Monachus, industrius, probitate-  
que & ingenio conspicuus: qui etiam eius vi-  
ces, si quando eum abesse contigerit, sine  
Cōgregationis incommodo gerere possit. In  
eo autem officio, si ipse Procurator rectè ad-  
ministrauerit, per quinquennium ad minus  
perseueret: quo elapso in Prælatum promo-  
ueri possit.

*De Epistolis dirigendis, & loco Capituli eli-  
gendo. CAP. XXVI.*

**E**X PEDITIS omnibus, ante tamen Ca-  
pituli absolutionem, si quæ responsiuæ  
vel missiuæ conficiendæ sunt literæ, impona-  
tur Cancellario, quæque & quibus scriben-  
dæ sunt personis. Quas litteras Diffinitores  
diligenter videât: & si quas iudicauerint me-  
moriam dignas registrari faciant.

2. Consequenter pro futuro Capitulo cele-  
brando idoneus in aliquo Congregationis  
nostræ Monasterio locus eligatur. Declara-  
mus autem Monasteria pro celebrando Ca-  
pitulo hæc esse. Videlicet, Monasterium S.  
Benedicti Mantuani Prataleæ, S. Ioannis Eu-  
angelistæ Parmæ, & Sæcti Petri Perusii: quã-  
do canque tamen hoc Monasterium Perusii  
ira fuerit accommodatum, & taliter quod  
Capitulum Generale commodè & religiosè  
recipere possit: Hac tamen apposita condi-  
tione,

tione, quod in nullo horum Monasteriorum possit ipsum Capitulum amplius quam biennium continuum celebrari.

3. Qui locus sic electus, nisi ex rationabili causa, & de Præsidentis, nec non maioris Visitatorum partis consensu ad aliud Monasterium transmutari non possit: aut per breve tempus, octo videlicet, vel ad plus decem dierum differri. A decem verò diebus vsque ad unum mensem, nisi de Præsidentis omniumque Visitatorum consensu minimè differri possit: nisi dicti Capituli tempus, & hoc nisi ex urgentissima & ineuitabili causa.

4. Quod si aliqua rationabili causa Præsidentis & Visitatores prædicti, ipsius Capituli locum duxerint transmutandum vel prolongandum, congruo tempore omnibus Prælatis Monasteriorum per literas significare nullatenus prætermittant.

5. Statuimus etiam, quoad expensas, quæ in Capitulo generali fient, omnia Monasteria, tam citra, quam vltra alpes, secundum eorum taxam contribuere teneantur.

*De Publicatione, & Absolutione Capituli.*

C A P. XXVII.

**O**MNIBVS quæ ad Generale Capitulum pertinent expeditis, omnes aduocentur tam de Capitulo quam Professi Monasterii, vbi Capitalum celebratur: publicentur

*De publicatione, & Absolut. Cap. 77*

que per Scribam Capituli, tanquam auctoritate Apostolica publicū Notarium Præfidentem Regiminis, Visitatores, & Prælati Monasteriorum, tam administrationem habentes, quam Titulares, & si qui sunt Administratores sine titulo, & Procurator in Curia, præsentibus testibus pro hoc actu specialiter rogatis.

2. Quibus peractis exeant omnes, qui non sunt de Congregatione. Et consequenter per Præfidentem vel Scribam terminata in Capitulo publicentur: exceptis his quæ secreta Dfinitores duxerint tenenda. Quæ verò publicata fuerint, Prælati aut Conuentuales in scriptis ad sua Monasteria Fratibus suis denuncianda portent. Et quæ à præfato Capitulo per duo præterita Capitula approbata fuerint, vel in futurum approbanda emanare contigerit, secum ad sua Monasteria vel deferant vel deferri faciant, quamprimum commodè poterunt, in libro ad hoc in modum registri deputato per se vel per alium fideliter exaranda.

3. Quæ quidem Ordinationes ter per annū in Monasteriis legantur: Videlicet in reuersione Prælati à Capitulo: circa festum Omnium Sanctorum: & circa Quadragesimam. Postea publicentur nominatim omnes nostræ Congregationis Fratres qui præterito anno in Domino quieuerint: vt si pro alicuius requie consuetæ orationes ex ignorantia vel negligentia factæ non fuerint, suppleantur.

tur. Publicentur & nominatim, si qui fuerint fugiui, vel expulsi: vt ab omnibus uideantur, secundum Declarationem super capitulo Regulæ x x i x. Publicentur etiam mutationes Fratrum, & insuper Fratres qui anno præterito votum Professionis emiserint.

4. Et imponantur x x x. Missæ, pro quolibet Monasterio, pro defunctis habentibus litteras gratiosas, qui illo fortè anno decellerunt: quas pro debito nostro sufficere uolumus.

5. Vltimò publicetur locus sequentis Capituli. Consequenter Pater Præsidentis committat omnibus, vt oretur pro Sanctissimo Patri nostro, pro Cardinalibus, pro Principibus Prælati, ac Congregationis nostræ Benefactoribus uiuis atque defunctis.

6. Quibus peractis, Visitatores à Scriba Capituli requirant & petant in scriptis, si qua ordinata sunt pro Monasteriis suæ Prouincie quæ ad eorum officium pertineant. Et similiter, quilibet Prælatus petat à Scriba Capituli, si qua ad suum Monasterium pertinetia ordinata fuerint, in authentica Forma in libro sui Monasterij, vt supradictum est, postea adnotanda: & in specie de Fratribus ad suum Monasterium tunc deputatis, an per aliquo illorum obtenta fuerit licentia, vt ad ordines promoueat, & quo tempore. Et similiter à Patre Præsidente requiratur si qua fuerint ad suum Monasterium per-

inentia : & sic obtenta prius licentia , & benedictione percepta , facultas sit unicuique redeundi ad sua Monasteria : nisi ex aliqua causa fuerit necesse aliquos remanere. Præsidentens tamen & Visitatores vltimi recedant.

7. Modus autem, hæc omnia pronuntiandi, vt ab omnibus idem ordo seruetur , erit iste. Videlicet primò pronuntientur Prælati. Secundò, ordinationes confirmatæ : Tertio, ordinationes nouæ. Quarto, Admonitiones. Quinto, Mutationes Fratrum. Sexto numerus professorum fratrum. Septimò , Fugitiui & expulsi ac licetiati : qui specificè nominentur, & à quo Monasterio. Octauo, Specificentur nominatim defuncti omnes, & in quo Monasterio. Nono, Numerus defunctorum habentium litteras gratiosas. Decimo, Triginta Missæ pro dictis habentibus litteras gratiosas. Vndecimò , Impositio taxæ , siue taxarum. Duode imo, Locus futuri Capituli. Tertio decimo, Licentia recipiendi Nouitios ad professionem : & postremò Procurator in curia, ac Depositarius Congregationis.

*De pecuniarum distributione.*

CAP. XXVIII.

**A**BSOLVTO itaq; Capitulo, Depositarius cum licentia Patris Præsidentis, omnibus Prælati Marsupia Monasteriorū quorū

nomi-



- nomine fuerint deponita restituat.
2. De pecuniis verò, quæ secundum ratam Monasteriorum fuerint exactæ, primò & deinde omnia volumus restitui integrè quicquid pro expensis Fratrum conuenientium in Capitulo, Monasterium illud vbi fuerit Capitulum celebratum exposuerit.
3. De eo autem quod superest, distribuatur unicuique per Præsidentem, & Visitatores vt maiori parti eorū videbitur expedire, pro expensis faciendis anno illo.
4. Quo factò si adhuc supererint, penes Depositarium remaneant: aut pro ea quantitate dicauerint rata distribuant, habita consideratione cui maior incumbat expensa. Denique illam pecuniarum quantitatem, quam Diffinitores decreuerint persoluendam, creditores Congregationis præfatæ effectualiter restituant: & in libro computorum Congregationis Depositarius adnotet.
5. Volumus etiam, quod pecunias pro Monasteriorum subventionibus deputatas extrahi (prout commodius fieri poterit) Præsidentibus imponant, nec non & pecunias pro expensis bonum Congregationis concernentibus per Diffinitores deputatas, iuxta eorum ordinata distribuant, in præsentiarum si adfuerint, aut intra annum exigendas (prout opus fuerit) disponant.
6. Ordinamus quod si aliquod Monasterium teneatur in debito liquido, aut per Capitulum & Visitatores liquidato Congregationis

tionem, aut alicui alio Monasterio in quacunque pecuniarum quantitate, aut alia re, eique preteritum fuerit tempus à præfato Capitulo vel Visitatoribus, intra quod soluere debeat: si elapso dicto tempore fuerit requisitus eiusdem Monasterii Prælatus, & intra quindecim dies non satisfecerit soluendo aut deponendo realiter pecunias, aut res ipsas, ad voluntatem creditoris: priuetur anno sequentia actiua & passiuua voce Capituli. Si verò debitum illud fuerit ratione Taxarum, soluat cum illo etiam totum interesse: & pœniteat prout supradictum est, si tamen in culpa ipse fuerit.

7. Si autem Cellerarius à Prælato monitus supradicta adimplere neglexerint: tandiu qualibet hebdomada quarta & sexta Feria in pane & aqua ieiunet in terra in Refectorio, quoad usque sibi imposita adimpleuerit cum effectu.

8. Et quia pro necessitatibus Congregationis necesse est, quandoque pecunias à Campsioribus, aut ab aliis mutari: Ordinamus quotiescunque necesse fuerit fieri syndicatus, siue instrumenta procurationis pro quacunque pecunia mutuo accipienda: ante omnia, certa & diffinita summa apponatur in syndicato. Et tres ad minus Procuratores constituantur, qui omnes simul (si commodè fieri poterit) vel saltem duo eorum, numerationi & receptioni pecuniarum intersint.